Simillimum ẽ illi Hieronymiano. Suntq; verba Chryſali in Bachidib⁹ plautinis minas minis referentis & militis ſæuitiam ſæuis dictis retũdentis. Nã machęra & vrbina vtrũq; teli genus eſt. Si tibi machęra ẽ: & nobis vrbina eſt domi: Si tu militariter ferociterq; nobiſcum agãs: habemus ociſſim: quo ferociam tuam frangamus.

¶ Suo ſibi hunc iugulo gladio: Suo telo Incidit in foueam quam fecit LIII.

In adelphis Terentii Mitio ſenex fratris ſęuitiam increpans huiuſmodi vtitur ſententia. Hoc vnũ adfert vicij ſenecta: attẽtiores ad rẽ ſumꝰ: q̃ oportet. Eandẽ Demea ſuo loco in fratrẽ retorquẽs poſtremo non meum illud verbum facio inquit q; tu Mitio bene & ſapienter dixiſti dudum. Vicium cõe oĩm eſt q; nimiũ ad rẽ in ſenecta attẽti ſumꝰ & hãc maculã nos decet effugere. Hac ſentẽtia poſtea q̃ fratrẽ cõſtrinxiſſet ne agrũ quẽ petebatur poſſet negaꝛ ſubiecit. Suo ſibi hũc iugulo gladio. Quod adagiũ & alibi apud eũ poetam reperitur. Eo vtemur elegantẽr ſi quãdo occaſione ieũ ipſum a quo eã accipimꝰ erimꝰ vſi: aũt quẽpiã ex ipſius oratiõe coarguemus aut qd̃ p ſe dixit ille nos cõtra eum facere docebimꝰ denicq; quotiẽs quãcũq; rẽ in eũ a quo fuit profecta retor q̃bimus. Eiuſdẽ figuræ eũ plautinũ illud in Amphitriõe. Atq; hũc telo ſuo ſibi malitia ſua a foribus pellere. Et hebraico puerba q̃: quare alium captarat: ipſe capitur: in foueã quã ipſe aliis per inſidias ſtruxerat dicitur incidiſſe: & laqueo captus quem tetenderat.

¶ Irritare Crabrones: & item alia parœmia ſimilis. LIIII.

Ne mini dubiũ eſſe puto nullã eſſe plautinã ſẽtẽtiã q̃ ne adẽ p̃uerbium dici debeat. Tãtus eni eſt huius poetę lepos ãtiq; taſq; vt ſingule illius clauſulę p adagiis vſurpari a doctis poſſint. Quur ei id nõ fiat in plãto Comico: & Comico tã ſẽtentioſo tã falſo: tã vetuſto: qd̃ in Homer

ro veteres fa⁹ ſitarunt: cuius vt ſcribit Macrobi⁹ ſingula ἀπόφθεγ
ματα vice prouerbiorum paſſi omnes in ore habebant. Quare nec
pigendum nec in infrugiferum duxit: vetuſtiſſima quæq; exilli⁹ fa
bulis recenſere. Occurritq; illud in primis ex Amphitrione Irritabis.
Crabrones: quod in mulierum ingenium eſt dictum: quibus iratis ſi
repugnes: magis prouoces: neq; patiuntur ſiquis contra ipſarum opi
nionem contendat. Vſus eſt hoc adagio Hierouymus in epiſtolis.
Eſt autem Crabro inſecti genus aculio peſtilentiſſimo. Refert plin⁹
naturalis hiſtoriæ lib. xi. ca. xxi. Crabronum ictus haud temere ſine
febri eſſe. Additq; auctores eſſe, ternouenis huius animantis pūctis
interfici hominem. Hanc ipſam ſententiam alia metaphora plautus
idem ſic extulit: non dubium quin prouerbialiter Bacche bacchanti
ſi velis aduerſarier: ex inſana inſaniorem facies. feriet ſepius: ſi obſe
quāris: vna te ſoluas plaga. Conſueuerunt autem mulieres bacchā
tes obtuſos thyrſis ferire.

¶ Vitam humanam plus aloes habere q̄ mellis. LV.

Eſt in eadem fabula huiuſmodi ſententia: ſub Alcmene perſona.
Ita cuiq; comparatū eſt i ætate homin⁹: Ita dijs placitū: voluptati vt
mœror comes conſequatur. Quum hec̄ modi plus moliq; illico adſit.
Eā ne quid dubitaremus prouerbialem eſſe: Apulæius effecit: cuius
hęc ſunt verba in floridis. Sed verum verbum eſt profecto quod aiūt
nihil quicquā tam proſpere diuinitus hominibus datum: quin & tum
admiſtum ſit aliquid difficultatis.

¶ In aere piſcari. Venari in mari. LVI.

In aſinaria a Libano vtrūq; prouerbiū dictū eſt: qui cum ab hero De
meneto vxorem eius argento defraudare iuſſus eſſet: ſignificans fie
ri non poſſe: vt a muliere tenace quicq̄ auferretur. tube inquit vna me
opera piſcari in aere. Venari autem retiaculo in medio mari. Quo
verbo recte vtemur: quando negabimus ibi quærendum eſſe quip
piam: vbi inueniri minime poſſit Vt ſi quis in opibus aut voluptatib⁹
beatam vitam quærat. Quibus quidem metaphoris Boetius etiam
in carmine vtitur.

¶ Nudo veſtimenta detrahere. LVII.

Liban⁹ idē ab hero mōit⁹: vt ab ipō per fallaciā auferret argētū: quo
filio amica emeretur. Maximas iqt nugas agis nudo detrahere veſti
menta me iubes. Significās videlicet ibi herā callidiorem attētiorēq;
eſſe q̄ vt defraudari queat: hic hero nihil etiam eſſe: quod auferatur:

Hostimentum est opera pro pecunia.

¶ Lænæ clarete verba sunt in eadem fabula: ad adolescẽtem sua beneficia exprobrantẽ meretricib⁹. Tu mulierem amabas, missa ẽ ergo pecuniam dedisti: Neutri est quod alteri exprobret. Conueniet hoc dictum in quosdam glorioſos: qui si quid pauperi muneris donauerit in magno beneficio numerant atq; adeo iactant imputantq;: at contra quantum ab eo vicissim officij obsequijq; receperint: id vero non meminerunt: quum iuxta plautum hostimentum sit opera pro pecunia: Festo pompeio hostimentum est beneficij pensatio. Admonendum & illud par pari referri prouerbij faciem habere quandam.

¶ Quasi piscis: itidẽ est amator lenæ: neq; nam est: nisi recens. LIX.
Lena dignum verbum. Verum id hodieq; in prouerbio est: hospitem triduanum itidem vt piscem obolere naribus.

¶ Ad suum quẽq; hominem quæstum æquum est esse callidum. LX.
Eiusdem est lenæ.

¶ Necesse est facere sumptum: qui quærit lucrum. LXI
Prius damnum est faciendum: ei qui lucrum cupit. Id quod vulgato prouerbio dicitant Vacuis manibus non facile falcones reuocari. Nec piscem sine esca capi.
¶ Fortiter malum qui patitur idem post ponitur bonum. LXII.
Notissima sententia.
¶ Lupus est homo homini non homo: qui qualis sit nouit. LXIII.
Monet ignotis tametsi probi videantur non esse confidendum.

Festo die si qd pdegeris: pfesto egere liciat: nisi peperceris. LXIIII

Ab euclione parcissimo dicitur Dogma est: ne in solennibus sumptibus ita profusi simus: vt non sit: quo quotidianum feramus Festi dies vel sacris offerendis, vel diurnis epulationibus vel ludis in honorem deorum: vel feriis obseruandis celebrabantur. Profesti ad rei priuatæ publicæq; administrationem concedebantur.
¶ Ferre iugum. LXV.
In Gurgulione Palinurus Iã ne inquit fert iugum? De puella percõ

tans: num per ætatem virum reciperet. Id enim significari quæ sequũtur satis arguunt. Nam respondet continuo adolescens. Tam a me pudica est: quasi soror mea sit. Hor. in odis. Nondum subacta ferre iugum valet ceruice.

¶ Nemo ire quenq̃ prohibet publica via. LXV.

Id est: quod palam atq; in medio propositum est: eo ius est vnicuiq; vti.

¶ Flamma fumo est proxima. LXVI.

Qui malum euitare cupit: is mali fugiat occasionem oportet. vt qui corrumpi nolit: a corruptorum cõsuetudine abstineat: qui cubare nolit: ne det osculum. Nam addit protinus fumo comburi nihil potest: flamma potest.

¶ Qui e nuce nucleum esse vult: frangit nucem. LXVII.

Qui commodum quærit: a labore ne abhorreat.

¶ Verberare lapidem. LXVIII.

Planesium meretrix amatorem monet: ne seruum qui iam adverbera obdurauerat pulset: ne manum lederet. Noli inquit amabo verberare lapidem: ne perdas manum. Apte quadrat in eos: qui cum iis iurgio aut maledictis certant: qui huiusmodi rebus pascuntur non offenduntur.

¶ Vorare hamum. LXIX.

Est eas res auide appetere: quibus capti in perniciem trahamur. Dictum est a Curgulione parasito: de leone epistolam qua decipiend⁹ erat legere insipiente. Simili translatione eandem rem dicit in Bacchidibus Cryfalus Nunc ab Trasenna hic turdus lubricum petit.

¶ Intra præsepis suas. LXX.

Hoc est certo ac tuto. Plautus in crassina. Scit si id impetret futurum quod amat. intra præsepis suas: id est certum ac paratum Nã qd' intra scepta nostra clausum: nõ põt effugere. Dictũ est in senẽ dãtẽ operam: vt ancilla quã amabat villico suo nuberet: hoc quidẽ consilio vt insciẽte vxore qñ vellet ruri ea potiretur Idem in rudẽtibus. Ad herũ arbitrum vocat me hic intra præsepis meas.

¶ Aliquam reperit's rimam. LXXI.

A piscibus aut auibus captis translatum videt in hoies calũnioso: q̃ quis mala in causa aliquid inueniunt. quo iudicio elabantur Hor. Ff/ligiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.

¶Neceſſarium eſt vorcis gladijs depugnarier. LXXII.
Hoc eſt diuerſa ratione res eſt tentanda.

¶Nunc nos collatis ſignis depugnabimus LXXIII.
Eſt cominus pugnare ex homero ſumptum in prouerbijs apud doctos venit. Cominus pugnare dicimur: quotiens in diſputando ijs argumentis vtimur. quæ ad rem proprie maximeq; pertinent.

¶In ſaltu vno duos apros capere. LXXIIII.
Eſt eadem in re duos deprehendere: Chalinus in Caſſina iam ego vno in ſaltu duos apros capiam.

¶Frigidam aquam ſuffundere. LXXV.
Eſt benuolentiam hominum inter ſe amantum obtrectationibus frigidiorem languidioremq; facere Q; q̃ frigidam aquam ſuffundere eſt etiam adiurare: & incitare id quod elici poteſt ex libris pandectarum Lena in Ciſtellaria matronas incuſat: q; quum coram meretricibus ſint blandiſſimæ: clam tamen inuideat: maritoſq; ſuos ab earum amore quantum poſſunt conantur auertere. Ea res quum ſenę vehementer in pigna videretur: ita noſtro inquit ordini palam blandiunt clam: ſi occaſio vſq̃ eſt: aquam frigidam ſubdole ſuffundunt.

¶Confringere teſſaram. LXXVI.
In eadem fabella amator te iurando alligaſſe ſe dicit: quod lænæ filiam ducturus eſſet: eoq; precatur: ne ſe periurum fieri patiatur: ſi filiam non duxerit. Ad quæ lena his verbis reſpondit. Vbi inquit quere rev bi tuo iurando ſatis ſit ſubſidij: hic apud nos iam confregiſti teſſaram A menſura frumentaria ductum videri poteſt: vel a teſſara ſigno hoſpitali

¶Quod dedi non datum vellem. LXXVII.
Sermo quo quis ſe rei quæ facta eſt. nec iam infecta fieri poteſt / pœnitere ſignificat: atq; in poſterum cauturum nec rurſum faciat quod iterum pœniteat. Quem ne quis prouerbialem fuiſſe dubitet: eiuſdẽ lænæ verba aſcribam inter nouam rem verbum vſurpabo vetus.
Quod dedi non datum vellem. quod reliquum eſt: non dabo.

¶Mihi iſtic nec ſeritur: nec metitur. LXXVIII.
Apud plautum eſt in Epidico. Hoc eſt, iſta ex re mihi nec commodi quicq̃ eſſe poteſt: nec incommodi.

Nihil homini amico est opportuno amicus. LXXIX.
Fit id quidem eadem in fabula Verum ea sententia greco prouerbio sic effertur importuna benuolentia nihil a simultate distat. intempestiuum enim officium plerumq; odium pro gratia refert.

¶ Farcire centones. LXXX.
Est autes auditoris glorioſis fabulis obtũdere ita enim Periphanes in Edipico militi iam pugnas suas militari more narrare paranti. Quid tu inquit alium quæras: cui centones facias. ideſt cui tu glorioſa mendacia narres:

¶ Aliter catuli longe olent aliter sues LXXXI.
Quo verbo ſignificatum est: non veste solum dignosci hominem ab homine: verum esse natiuum quidem genuinum ac proprium in vno quoq; quod in ipso vultu oculisq; eluceat. quo liberum a seruo: generosum a rustico probum ab improbo facile discernas inde illud apud Fabium. Ne faciem quidem liberi hominis habet.

¶ Ab vnguiculo ad sũmũ capillum Homerus. εσ πο λ ετ σ ε κ/ κε φα λη σ. LXXXII.
Ita loquebantur veteres quum totum hominem q̃tus esse significarent Plautus in Epidico Contempla Epidicem vsq; ab vnguiculo ad capillum summum Quare si cuius hominis ingenium moresq; omẽs plane cognitos innuere volemus: eiusmodi nobis hominem ab vnguiculo vsq; ad summum capillum perspectum esse non inuenuste dixerimus: Hor. talos vertice pulcher ad imos. LXXXIII.

Tragulam inicere. Fabricam facere.
Vtrũq; significat dolos ad decipiendum struere. Vnde & machinari pro arte moliri tradactum est Apocides in Epidico Plauti Tragulam in te inijcere adoriantur: Rursum alibi. Nescio quam fabricam fecit.

¶ Malam messem facere. LXXXIIII.
Epidicus in eadem fabula Sed vt acerbum est: pro benefactis quum malam messem metas: ideſt intolerandum est pro beneficio malefi/cium recipere. Cicero. Vt semẽtem feceris ita & metes.

¶ Ego quoq; pol metuo ne luscinioiæ defuerit cãtus. LXXXV.
Apud plautum est in bacchidibus Vbi quem re quapiam ita abunda re significamus vt ea nunq̃ possit deesse. veluti mulieri verba: Cicero ni orationem: sophistæ cauillum.

¶ Ad viuam cutem LXXXVI.

Hoc ꝯmunitate vſq; vt nihil reliqui fiat: quiter corp⁹ nudū. Chryſalus eadē in fabula Tondebo auro vſq; ad viuam cutem

¶ Aſpergere aquam LXXXVII.

Eſt animū reddere: ei qui pręſubito dolore a ſe fuerit alienat⁹ Quod fere euenit: quibus repēte ſubitaneū malū obiicitur. Solēt j aſperſa in faciē aq̄ reuocato a corde ſāguīe ad ſe redire. Plaut⁹. Aſpeꝛſiſti aquā.

¶ Aſpergo Olfacio. Deuoro. LXXXVIII.

Eſt nōnūq; & in implici verbo, puerbialis trāſlatio: vt i eo qđ modo poſuimus Aſpergo: qđ nō raro vſurpat Cicero, p leuiter contaminare i vaticiniū Cui tu nōnullā labeculā aſpergis Atibidē Neq ia ex tua idignitate illius dignitati labes aſpergi videatur. Et ſępe alias aſperge cōtumelia: aſpergeꝛ ioco aſpergere dicteriis itidē vt olfacere, p ſuſpicari: ſubolere i ſuſpitiōe eſſe. Olfacere, p curioſe atq; obſeruāter veſtigare Deuorare, p eo quod eſt rē ſeſu acerbā: veluti ſine ſenſu perferre trāſlatione ſūpta ab ijs qui amaras potiones aut catapotia inuitio palato abſorbent. Vnde apud Ciceronē & Fabium deuorare tedium abſorbere moleſtiam.

¶ Valere pancratice: athletice: pugilice: baſilice LXXXIX

Apud plautū hęc ſunt pro eo qđ eſt valēre in tegriſq; viribus eſſe. Apud eūdē muſice viuere: pro voluptarie ac geniāliter. Baſilice valere belle ac magnifice.

Acetum habere in pectore XC.

Eſt ſalē acrimoniāq; habere Aliquoties apud eūdem poętam legit. in Bacchidibus. Nūc experiāt ſit ne acetū tibi coracre in pectore. Et habere ſalē Terentius Qui ſalem habet quod inte eſt

¶ Homo homini dęmonū, &c. XCI.

ἀνθρωπος ἀνθρωπου λαιμωνιον. hoc eſt homo homini demoniū vel deus in eū cōuenit q ſubitā & inſperatā attulit ſalutem q ve bene alio demeretur Nihil ei aliud putabāt homini deū eſſe q̄ pro deſſe homini Vñ. Virg. Deus nobis hæc ocia fecit Et plinius hiſt. mū di libro ſecūdo. Deus eſt inquit iuuare mortalem.

¶ Tangere vlcus Tāgere viuū. Hāc an ig⁹ rimne moueas XCII.

Quū id dicim⁹ qđ alū maxīe dolet / vlcus tāgere dicimur Terē Quid

min⁹ neceſſe fuit: q̃ hoc vlcus tãgere. Vbi ꝓuerbiũ donatus ſubeſſe in dicat. Eundẽ habet ferme ſenſũ viuũ tãgere Eiuſmodi contumeliam dicere q̃ vere doleat Hermolaus. Hanc anagyrim vt medicorum pro uerbio vtar ne moueas Eſt autem Anagyris herbę genus

¶ Pythagorica adagia. XCIII.

Nemini dubiũ eſt quin pleraq; Pythagorę dicta in prouerbia abierit Cuius apud veteres tanta erat admiratio vt eius dogmata per oẽm italię regionẽ eam quę olim magna græcia dicebatur ꝓreis incisa tabulis ſeruarẽtur. Et quibus Hieronymus nonnulla contra Rufinum commemorat.

κοινὰ φίλων πάντα. XCIIII.

Id eſt amicorum cõmunia oia Quod adeo in vulgi ſermonem abiit vt a comica etiã perſona apud Terentiũ prouerbij noie referatur. Nam vetus quidem inquit hoc verbũ amicorũ inter ſe communia eſſe oia. Etiam ſi hęc ſententia apud platonem Euripidis nomine citatur.

¶ Eſt amicus alter ipſe. ἕτερος αὐτός. XCV

Quo monemur: ne ſecus de rebus amicoꝝ q̃ de nr̃is ipſoꝝ cogitem⁹ Dicunt græci vnã eſſe animam duoꝝ cõporum. μία ψυχή.

¶ Duorũ tẽporũ maxie habenda eſt ratio mane & veſperi XCVI.

Hoc eſt eorũ quę geſturi ſumus: & eorum que geſſerimus.

¶ Poſt deum veritatem colendam XCVII

Quæ ſola deo proximos homines facit.

¶ Aenigma Pythagorica. XCVIII

Verum enigmata illa prop'us ad ꝓuerbialem figuram accedũt quæ vt idem teſtis eſt Hieronymus Ariſtoteles diligentiſſime ſuis in libris proſequitur.

¶ Stateram ne tranſilias. XCIX.

Hoc eſt ne quid ab equitate deflectas

¶ Ignem gladio ne fodias C.

Id eſt iratum & tumidum animum verbis maledicis ne laceſſas

¶ Coronam ne carpſeris CI

Id eſt Leges vrbium ſerua.

¶Cor ne comederis CII.

Id eſt Mętorem ex animo reiice.

¶Quũ profectus fueris ne redeas CIII.

Hoc eſt Poſt mortem: vitam hanc ne deſyderas

¶Irundinem in domum ne recipias. CIIII

Id eſt garrulos & verboſos ſub eodẽ tecto non habeas

¶Per publicam viam ne ambules. CV.

Id eſt ne multorum ſequaris errores

¶Oneratis ſuper iponẽdũ onus: deponentibus nõ cõmittẽdũ CVI

Hoc eſt ad virtutem incedentibus augmentanda precepta: tradẽtes ſe ocio relinquendos.

¶Super Chenice non ędendum CVII.

Id eſt non laborandum de victu craſtino. Eſt enim chenix eſcę dimę menſura

¶Tria Apollinis oracula CVIII.

Verum hęc atq; huiuſmodi tametſi probabile eſt olim in prouerbiis fuiſſe tamen non eſt inſtituti preſentis omnia perſequi: quis enim eſſet futurus finis? Verum ea duntaxat quę ab idoneis auctoribus prouerbialiter ſunt vſurpata Quorum eſt illud in primis ex tribus Apollinis oraculis vnum Nihil nimis quod apud platonem ſocrates pro vetere dicto citat. Quin et Comicus poęta: apud quem nulla ſententia locum habet: quę nõ ſit prouerbialis maxime quæ Soſię & liberto & coquo ſit tributa id apprime eſſe vtile in vita arbitror vt ne quid nimis. Socrates in charmine platonis teſtatur tria hęc præcepta pro foribꝰ templorum Apollinis inſcripta extitiſſe. γνωθι σεαυτον. id eſt noſce teipſum. μηδεν αγαν. id eſt nihil nimis. & tertium Sponſioni nõ deeſſe iacturam εγγυα παραδατη. Quorũ primum ab Apolline prolatum: reliqua a mortalibus adiecta puta Socrates & ad eandem pertinere ſententiam: ne quid ſupra qua poſſumus tentemus. Noſce teipſum id ẽ mẽſuram tui Nihil nimis Sponſionis enim comite ſunt lites & ęs alienum: vt plinius ſcripſit

¶Optimum condimentum fames CIX

Socraticum verbum eſt: quod hodie quoq; paſſim vulgo in ore eſt. Quo ſignificatur nihil eſſe non ſapidum quod eſurienter atq; auidecapias aut facias. Eiuſdem eſt illud quæ ſupra nos nihil ad nos. quod lactantius nominatim etiam pro prouerbio commemorat.

¶ Iniquum petendum vt æquum feras. CX.

Fabius Quintilianus libro quinto Nec omino sine ratione est ingt id quod vulgo dicitur. Iniquum petẽdũ: vt equũ feras. Quod obseruatũ probe a Syro illo Terẽtiano: qui dum a lenone petit: vt Eschino puellam dimidio tradat: effecit: vt tantidem cupide etiam traderet. Dicitur & nũc vulgo: qui annititur: vt auream quadrigã sibi comparet: certe rotam vnam assequetur: Summum animo destinandum: vt saltẽ mediocritatem assequamur.

¶ Mendacem memorem esse oportet. CXI.

Eodem in libro ponitur & illud. Mendacem memorem esse oportere. Nihil enim difficilius q̃ hominem mentientem in tota oratiõe sibi constare. Quare qui prudenter mentiri cupit: memoriæ præceptiones edisca.

¶ Coriceus auscultauit. CXII.

Strabo libro. xiiij. huiusmodi meminit hystorię: olim totã Corici montis Asiatici præter nauigationem latronibus obsessam fuisse. quos a mõte Coriceos nominabãt. Eos per portus dispersos solitos mercatoribus insidiari: furtimq; auscultare: quid mercium ferrent: quo nauigare destinassẽt: deide collectos i loco odoriri ac spoliare. Quæ res adeo in rumorem venit: vt inde prouerbium natum sit: Coriceus auscultauit: quo secreta nostra acuriosis obseruati significamus Vsus est hoc adagio Cicero in epistolis ad Atticum Omnes enim inquit Coriceí sub auscultare videntur quod loquor.

¶ σκυταλη λακωϊκη. Scytala laconica. CXIII.

Id qđ ad Atticum scriptũ ẽ a Cicerone: habes Scytalã Laconicã forte nõnullis puerbiũ habere vidẽbitur. Vt significarit epistolã arcanis de rebus laconico more cõscriptã: quã nemo queat legere: p̃ter eũ q̃ mittit & eum q̃ accipit De hoc missitãdarũ lr̃arũ more qui plura nosse cupit Plutarchũ i lysãdro legat: Meminit & Gellius noctiũ lib. xvi. ca. ix. Scytalãq; loratũ furculũ iterp̃taf: et illic loricatũ legit nõ loratũ.

¶ Duos parietes de vna dealbare fidelia. CXIIII.

Est eadem re duplicem gratiã inire velle: eademq; opera duos simul demereri. M. Curius ad Ciceronẽ. Sed amice magne noli hãc epistolam Attico ostendere. Sine eum errare & putare me bonum virũ esse nec solere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare: Volebat enim Cui⁹ & Attico & Ciceroni summus videri: ac de se vno fructum quidem

Ciceronis: mancipium autē Attici. Tractum eſt ab iis qui parietibus opus albarium ſuperindicunt. Idem vulgo in noſtra ętate non illæ pide dicunt: Eadem filia duos tibi generos parare vis.

¶ Aut bibat aut abeat. ΗΠΙΡΕΤΕΩΗΑΠΕΛΘΕΤΩ. CXV.

Cice. Tuſcu q. libro quinto Mihi qdem in vita ſeruāda videtur illa lex quę in gręcorum cōuiuiis obtinet Aut bibat inquit aut abeat. Et recte Aut enī fruatur aliqs pariter cū aliis voluptate potādi: aut ne ſobrius in violētiā vinolentorū incidat: aut diſcedat: ſic iuuenias fortunæ quas ferre nequeas: defugiēdo reliquas. Hactenꝰ Cicero. Greci adoleſcentes olim in cōpotatiōibus ſuis βασιλεισ. i. reges talis ſortiebātur. vñ eſt illd Horatianū. Nec regna vini ſortiere talis. Ii. quātū quēq; bibere vellēt ꝓſcribebāt. Habebat & decreta q̄dā cōuiualia: ea νομουσ. i. leges appellabant. Earū hęc vna fuit: quā Cicero rettulit quę & in puerbiū abiit: aut bibat: aut abeat: morale ſane & ad multas res accōmodabile: maxīe aūt vt aut eorū qbuſcū viuimus moribus obſequmur demus: aut ſi id nō libet: a cōſuetudine eoꝝ recedam⁹. Id qd hodieq; vulgo dicit̄: collatrandū eſſe canibus: quibuſcum viuere conſtitueris.

¶ Andabatarum more pugnare. CXVI.

Eſt nullo adhibito iudicio veluti clauſis oculis contra quēpiā diſputare. Andabatę ei occluſis oculis in hoſtē ruūt: neq; qua feriant: neq; q̄ ictū declinent obſeruātes. Quare qui neq; eius rationes quicū diſputat neq; ſuas intelligit: iis Andabatarū more pugnare dicitur. Hieronymus cōtra Heluidiū: Ad hoc ꝓbādū congerit de ſcripturis exēpla q̄ plurima: more Andabatarū i tenebris gladiū vētilās. Idē cōtra Iouinianū. Periclitamur reſpōſiōis verecūdia: & quaſi inter duos ſcopulos: & quaſdā neceſſitatis & pudiciciæ Symplegadas hīc atq; ide vel pudoris cauſę naufragiū ſuſtinem⁹? Si ad ꝓpoſita reſpōdeamus: pudore ſuffundimur: ſi pudor ꝓpetrarit ſilentiū quaſi de loco videbimur cedere & aduerſario feriendi occaſionē dare. Melius eſt tamē clauſis q̄ dicit̄ oculis Andabatarum more pugnare: q̄ dire q̄ a ſpecula clypeo non repellere veritatis. Cicero ad Trebatiū. quē ātea ne Andabatā quidē de fraudare poteramus. i. ne oculos quidem claudentem

¶ Tute lepus es & pulpamentum quæris. CXVII.

Hoc eſt. foris queris qd ipſe domi habes. Dictū i Eunucho Terētiano a Militē i adoleſcētem q̄ ad ſcortū ludere captabat: quū ipſe ſcortum eſſe poſſet. Greci ſic efferunt λαγωσ κρεοφαγει θυμει. i. Le-

pus carnem quærit.

¶ Prius leporum testudo præuerterit. CXVIII.

ΠΡΩΤΕΡΟΡΙΧΕΛΩΡΗΠΑΡΑΛΑΜΒΑΝΕΙΤΑΛΑΣ ΥΠΟΛΑ. id ē prius testudo cursu anteuertet leporem. De re factu perdifficili dicitur.

¶ Lentiscum mandantes. CXIX.

ΣΧΙΝΟΤΡΩΚΤΑΙ. id est lentiscum mandantes. Græcum adagium aduersus eos qui nimio comandi studio superfluunt: quasi qui dentibus exterendis fricandisq; omnem operam insumant. Ex hac enim arbore dentifricium confici consueuit.

¶ Callipedes. CXX.

Prouerbio dictus est olim: qui in rebus agendis nimis contator nimi nmq; lentus esset. Suetonius in Tyberio Ad extremum vota pro itu ac reditu suo suscipi passus est: vt vulgo iam per iocum Callipedes vocaretur. quem cursitare: ac ne cubiti quidem mensuram progredi Prouerbio Græco notatum est. Cicero ad Atticum Varronis accusans tarditatem Biennium inquit præterit: quum ille ΚΑΛΛΙΠΟΔΗΣ.

¶ Albus an ater sis nescio. CXXI.

De homine vehementer ignoto dici solitum adagium Quinti. in vndecimo institutionum oratoriarum libro. Negat se magnificare aliquis poætarum vtrum Cesar sit albus an ater homo Catulum puto digito indicans. cuius in Cæsarem hoc carmen extat Nec scio vtrum sis albus an ater homo Apulenus in Apologia. Magiæ Etiam liberter te nuper vsq; albus an ater esses ignorauí: adhuc hercle non satis noui. Hieronimus contra Heluydiū Quis te oro ante hanc blasphemiam nouerat? Quis dupondio supputabat? Consequutus es quod volebas: nobilis es factus in scelere. Ego ipse q contra te scribo quū in eadem vrbe tecum consistam qua balbutis & erubescis: albus vt aiunt: an ater sis nescio. Q̃q̃ in his Hieronymi verbis non nihil ineſſe mendæ videtur.

¶ Mala desese attrahens: vt Cæcias nubes. CXXII.

Ventus est nomine Cęcias: quem Plinius media inter Aquilonē & exortū regione flare scribit Eū contra aliorū septentrionaliū ventorū naturā nubes nō pellere, sed attrahere refert his q̃dē verbis. Vētorū etiā frigidissimi sunt: quos septentrione diximus spirare. Vicimus hiscorus. Ii & reliquos compescūt: & hymbres abigunt. Humidi auster

& Aphricus & precipue auster Italię Narrãt & in põto Cæciã in se trahere nubes. Idẽ in noctibus refert. A gellius. li. scđo. ca. xxij. Est etiã vẽt⁹ inqt noïe Cęcias: quẽ aristoteles ire flare dicit: vt nubes nõ procul propellat: sed vt sese: ex quo versũ istũ ꝓuerbialem esse factũ ait. κακα εφεαυτορε λκορωσ οκαικι ασ ρεφοσ. i. mala de sese attrahens: vt Cęcias nubes. In eum cõuenit: qui litibus ac turpib⁹ gaudet easq; quoquo se contulerit secum adfert.

¶ Equum habet Seianum. Aurum Tholosanum. CXXIII.

Adagium in calamitosos ab equo quodã fatali sũptũ quẽ a Cn. Scio domino Seianum appellitãt. Is ex Diomedis equis prognat⁹ fuisse creditus est. fuitq; insigni specie verũ eo fato: vt quisqs ei⁹ eq possessor esset is cum omni domo ad internissionẽ vsq; deperiret. Id qđ Cn. Seianus ipse capitis dãnatus: miserãdoq; supplicio effect⁹. Deinde & Dolobella bello interfectus Post hũc Cassius ab hostib⁹ occisus. ꝑ⁹ hũc deiceps Antonius detestabili exitio perdit⁹ ꝓbauit Hic ꝓuerbiũ natum de iis qui tanq̃ fataliter pereũt Equũ habet Seianũ Q uã rẽ si quis plenius narratã legere volet: apud. A. gelliũ in noctium li. tertio inueniet capite nono. Simili ex re natũ similẽq; obtinet sensum illud quod eodem in loco refertur. Aurum habet Tholosanum. Nã quum opidum Tolosanum. Q u. Cipio consul diripuisset: multumq; auri in eius opidi templis fuisset: quisquis ex ea direptione aurum attigit misero cruciabiliq; exitu periit.

¶ Non cuiusq; est Corinthum petere. CXXIIII.

Id est nõ est cuiusuis hominis sũmis se adiũgere: aut sũma appetere A Corithia laida natũ adagiũ: ad quã quũ ex oï gręcia ob formę præstãtiã frequẽs fieret afflux⁹ illa neminẽ nisi inmodica imẽsaq; mercede data admittebat Inde prouerbio celebratus apud gręcos sena i⁹ ουτσα τοσ αρλροσ κορι ρθορ εσθοσ λουσ. i. nõ viri cuiusq; ẽ Corinthum petere. Vsus est aptissimo hoc adagio Horati⁹ in epistolis. Principibus placuisse viris nõ vltima laus ẽ. Nõ cuius hoï contingit adire Corinthũ Sedit: qui timuit ne non succedere Ad Aristippũ videlicet allusit: quem laidi consueuisse notũ est: quum Demostenes mercedis postulatæ magnitudine deterritus abstinuerit: negans se decem drachmatum milibus pœnitentiam emere.

¶ Asinus ad lyram. CXXV.

Celebratissimum vetustissimũq; græcorũ ꝓuerbiũ i eos: q ad nullas bonas disciplinas habiles docilesq; sunt Hoc ꝓuerbio. M. Var. Sat/

tarũ fuarũ quãdã inſcripſit: Eiuſdẽ apud Gel verba ſunt ex ſatyra cui titulus teſtamẽtũ. Si qs mihi filꝰ vnꝰ plureſue in decẽ menſibꝰ gignuntur: ij ſi erũt ὄροι λυραϛ i. aſini ad lyrã: exheredes ſunto. i. ſi intracta biles indocileſq; erũt. Hieronymꝰ cõtra Vigilantium. Q7q̃ inquit ſtulte facta: magiſtro cunctos magiſtros querere: & ei modũ imponere: qui loqui neſcit: & tacere nõ põt, verum eſt illud apud græcos prouerbium ὄραϛ λυραϛ. id eſt aſinus ad lyram. Hæc ille.

¶ Idem Accii quod Titii. CXXVI

Vetere puerbio dici ſolitũ de rebus nihil inter ſe diſtãtibꝰ. Quo Varro eodẽ in loco quẽ modo attigimus eſt vſus. Iiſi erũt inquit oni lyras exheredes ſunto q7 ſi quis vndecimo mẽſe κατακαρίζοτελη. i. ſecũdũ Ariſtotelem natus eſt: Accio idem qd Titio ius eſto. Nimirum prouerbialiter ſignificans eodẽ iure ſibi futurum filium/decimo menſe natum/quo eum qui vndecimo ſit natus.

¶ Caput ſine lingua pedaria eſt ſententia. CXXVII.

Minꝰ eſt lauerannꝰ in eos quadrãs: qui cõſultationibus aut diſputationibus nihil ipſi quidẽ quod dicant hũt verũ alioꝝ ſententiis annuũt pedarii aũt ſenatores dicebant: ij qui in ſenatu quidẽ ſedebãt: verũ ſẽtentiam non rogabantur: ſed in aliorum ſententias pedibus deſcendebant Au. Gellius libro. iii. ca xviii.

¶ Multa cadũt iter calicẽ ſuꝑmaq; labra. inter os & offã. CXXVIII.

παροιμιώδης i. puerbialis apud græcos verſꝰ eſt πολλὰ μὲν ταξὺ πέλει κυλίκος καὶ χείλεος ἄκρου i. multa cadũt iter calicẽ ſuꝑmaq; labra Quo ſignificat: nihil tam certũ ſperari: nihilq; tam quaſi manibus teneri: quod nõ caſus aliquis repentinus poſſit interuertere. Quod ab huiuſmodi euentu natum græci ſcribunt. Quum vineã quidẽ ſereret: e ſeruis quiſpiã operis tedio hero iratus negauit eũ vnq̃ vinũ ex ea vite guſtaturũ. Ergo vitis vbi prouenſſet ſenex eẽ ipſũ ſeruũ propinare iubet. Admoturuſq; ſpiã ori calicẽ ſeruo tanq̃ falſum vaticinato cœpit exprobrare Sed anteq̃ ille hauriret aliꝰ quidã ingreſſus ſenis agros ab apro populari nũciat. Ille continuo exilit: & interuenandũ ab apro occidit. Eandẽ habet ſentẽtiã verbis non nihil immutatis illud quod cato cenſorius in oratione de ædibus vicio creatis retulit: hũc in modũ. Nunc ita aiũt in ſegetibꝰ & in herbis bona frumẽta eſſe. Nolite ibi nimiã ſpem habere Sepe audiui inter os & offam multa intervenire poſſe. Verũ inter offã atq; herbã ibi vero longũ interuallum eſt. Hæc Cato apud Gellium.

¶Ipſa dies qñq; parens quandoq; nouerca. CXXIX.
Phauorinus apud eundē Gelliū. Verſus inqt eſt longo hoim ęuo probat⁹ αλλοτε μητρυιη τω ελει ηυ επαλλοτε μητηρ. i. ipſa dies qñq; parēs qñq; nouerca eſt. Eo verſu ſignificaī nō oi die bene eſſe poſſe: ſed iſto bene: atq; alio male.

¶Non quod pueri clamitant in faba ſe repperiſſe. CXXX
Strophylus ſeruus in Aululatia plautina aulā aurī plenā a ſenę deſoſſam ſuſtulerat: idq; hero geſtiēs indicare: repperi inqt. Et rogat⁹ quid repperiſſet: non quod pueri clamitant inquit in faba ſe repperiſſe. Prouerbialiter qddā magnū ſe qddā inueniſſe ſignificans. Eſt eni Midas vermiculus quidā qui fabis innaſcitur eaſq; arrodit, quēadmodum & ips cornua viteſq; Cis frumenta: Trips ligna: Sis veſtes: is vitra. Auctor Hermolaus.

¶Vlulas ſeu Noctuas Athenas. CXXXI
γλαυκας αθηναζ id eſt noctuas athenas: ſubaudi mittis aut portas hoc eſt doctiore doces: aut diuiti donas: aut deniq; largitis qđ illi domi abundat Abundant Athenis vlulæ propterea q; Minerue ſacra eſt hęc auis ꝓpter oculos Ceſios: quibus ēt in tenebris videt Cice ad Torquatū Sed rurſus. γλαυκας εις αθηναζ q hęc ad te idē ad fratrē. Et tibi verſus quos rogas: hoc eſt athenis noctuā mittam

¶Sero ſapiunt Phryges. ictus ſapiam. CXXXII
Prouerbiū hoc ex tragœdia vetuſtiſſima liuij cuī titulus equ⁹ troian⁹. Cicero i epiſtolis vſurparat. i equo inqt Troiano ſcis eſſe: ſero ſapiūt phryges Conuenit i eos quos ſtulte factorum ſero pœnitet. Troiani ei troiam cladibus acceptis: vix decimo demum anno de reſtituēda Græcis Helena cogitare cœperūt. Simile eſt illud apud Digenianum piſcator percuſſus ſapiet πμηγεισ αλιευσ ποορεξει. A piſcatore quodā natū q quū manibus piſces tētaret: vulnuſq; accepiſſet: percuſſus iqt ſapiā Nec diſſiſe heſiodiū illud rē factā ſtultus itelligit Nec diuerſum ſenſum habet & hoc homericum. παθω ρ λετερεπιοσ ερρω. i. paſſus ſtultus cognoui. Hęc oia in eos dicuntur q non niſi malgno ſuo malo docti ſapiūt: quū cōſulti⁹ ſit alienis malis cautiorē fieri.

¶Fulgur ex vitro. CXXXIII.
αστραπη εκ υιτρου. i. fulgur ex vitro. Deipotētiū ira miniſq; dici poteſt Num fulgur ex aquarum nitentium ve vaſculorum vibratione in muris aduerſis adumbratum: nullam prorſus vim habet.

Inanes culmos excussisti. ατταρεκ παι θαρω ραχυρων τετρυγηκασ κακου πηγ ηρκυρεν. CXXX III
Græcum est in eos: qui ex labore suo nullum sunt fructum consecuti
¶ Mali fontem reperit. CXXXV
De iis dici solitum: qui ipsi sibi malorum multitudinem asciscunt.
¶ Tristis Scytale. αχρυ μερησ αυτα λη. CXXXVI
De tristi allato nuntio dicitur Alaconicæ Scytales cõsuetudine sumptum.
¶ Duabus sedere sellis. CXXXVII.
Hoc Ledorio laberius Ciceroni perfidiam leuitatẽq; exprobrauit: q nunc his nunc illis partibus studuisset Idq; a Macrobio in Saturnalibus cœnis hũcmodũ refertur Laberius mimus in senatum a Cæsare lectus: quum a Cicerone ad consessum non recipetur. dicente recipiẽre te: nisi angustesederemus: nimis mordaciter respondit. At qui solebas duabus sellis sedere obijciens tanto viro lubricum fidem Sed id quod Cicero dixit nisi angustesederemus scomma erat in cæsarem: qui in senatum passim tam mltos admittebat: vt eos quatuor decim gradus capere non possent. Hæc Macrobius.
¶ Harenam numeras. CXXXVIII.
Αμμον μετρεισ. id est harenam numeras: siue metiris. id est rem infiniti laboris inceptas.
¶ Ad Græcas Calendas. CXXXIX.
Quod nunq̃ futurum significamus: id ad græcas Calendas futurum dicimus propterea q illi calendis quidem carent: sed neomenias habent.
¶ Argenteis hastis pugnare. CXL.
Oraculo quondam responsum fuit αργυραισ λογχαισ μαχου. Argenteis hastis pugna & omnes viceris significante deo nihil esse quod pecunia non expugnet: græcum est.
¶ Alienam messem metis. Αλλοτριον αμασεθθροσ. CXLI.
Dicitur tũ in eos qui res alieno labore partes obtinẽt: tũ in illos: qui aliena negocia curãt indiligẽter. A vetusto more tractum: quo Vicini rustici in demetenda segete mi tuam inter se operam commodabãt. Nullus autem in alieno diligens habetur.
¶ Simul & da & accipe: Αμα λιδου και λαμβαρε. CXLII.
His verbis eũ monebãt qui cũ homine fidei parũ certa cõmerciũ esset et cõmutationẽ ve facturus, i. ne qd dederis: nisi pariter & receperis.

¶ Argiua calumnia. cxliij.
Αργειαφρα . id eſt argiua calumnia. Ab argiuorum moribus ſumptum: quos calomniioſos litiumq; mentes fuiſſe legimus.

¶ De artificio apparens deus. cxliiij.
Αω ομηχαρησθεοσεωσι φαρεισ: id eſt ex arte deus apparens. E fabularum conſuetudine ſumptum in quibus artificio quodam machiniſq; dij de improuiſo in procœnijs apparent. de his dicitur quib⁹ preter ſpem atq; opinionem de repente magna quedam vtilitas obtingit. Ad quod propemodum alluſiſſe Cicero videtur in libris de natura deorum: quum in fabulis ſi quando exitum poæta explicare nõ potuit: deum aliquem ex inſperato induci ſolere dicit.

¶ Simplex veritatis oratio. cxlv.

Αωλουσομυθοσ τησαληθειασ εφυ. id eſt ſimplex veritatis fabula. id eſt vera dicentes ſimplici ſermone vtuntur. Tragici cuiuſdã eſſe Politianus admonet.

¶ Alcynoi Apologus. Cxlvi.
αω ολοροσαλκυποου. id eſt apologus Alcynoi Eſt ſermo delir⁹ & longus de meris nugamentis. Cuiuſmodi fere ſunt fabulæ muliercularum Ex odyſſea ſumptum.

¶ Rumpere filum. cxlvij.
Pro eo quod eſt neceſſitatem effugere Lucianus κατα τηρπασομεν μιαρλιαρρηξωμεν τωκαλλιον. id eſt rumpemus filum Eſt ei græcis prouerbium huiuſmodi. αω ρραδησεται τει ρομβοροι τοκαλωδιον. id eſt frangetur tenſa chorda Deijs dicitur. qui nuti coactiq; quippiam agunt.

¶ Magiſtratus virum arguit. cxlviij.
Pytaci Mytelenæi ſententia αρχη ανδρα δεικνυσι. id eſt principatus virum iudicat. vis noſſe cuiuſmodi ſit homo: committe imperium.

¶ Dat veniam coruis: vexat cenſura cõlumbas. cxlix.
A philoſophi cuiuſdam apophthegmate tracta ſententia: qui dixit ciuitatum leges aranearum telis eſſe perſimiles: quibus imbeciles modo irretirentur: potentiores vero perrumperent.

¶ Optimum alienæ inſaniæ frui. cl
Optimum eſt ex aliorum malis ſtulticiaq; voluptatem & commodũ capere apud Plinium Cecilium.

¶ Contra Cretenſem cretizare. CLI.

Cretẽſiũ vanitas mſtorũ auctorũ teſtimonijs ẽ nobilitata vel Epime nidis verſu: q tamen ipſe Cretenſis fuit. Cuius hic verſus diuo Paulo citatur κρητες αει ψευσται κακα θηρια αργαι γαστερες αργαι. id eſt Cretenſes ſemper mendaces: malę beſtię vẽtres pigri. inde prouerbium apud græcos natum κρητα κρητιζειν. i Cõtra Cretẽ Cretizare. id eſt cũ mendacib⁹ mẽdaciter: cum perfidis: perfidia vtendum.

¶ Hodie nullam lineam duxit CLII.

Ab artifice ſtudioſo ve dici poteſt: q ſe ſignificet eo die a ſtudio artificio ve prorſus ceſſaſſe. Id adagiũ vnde ſit natum Plinius hiſto. na. lib xxxv. refert his verbis Apelli fuit alio qui perpetua conſuetudo nunq̃ tam occupatum diem agendi: vt non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in prouerbium venit.

¶ Ne ſutor vltra crepidam. CLIII.

Id eſt: ne quis de his iudicet q̃ non didicit. Natum & hoc ex Apellis verbo: de quo eodẽ in loco cõtinenter meminit Plinius Idem inquit: nẽpe Apelles perfecta opera proponebat in pargula trãſeuntibus: atq; poſt ipſam tabulã latens: vicia q notabant auſcultabat: vulgum diligentiorem iudicẽ quã ſe preferens. Feruntq; a ſutore repræbenſũ q; in crepidis vna intus pauciores feciſſet anſas. Eodem poſtero die ſuperbe emendationem priſtinæ admonitionis cauillante circa crus indignatum proſpexiſſe: denuunciantem: ne ſupra Crepidam ſutor iudicaret Quod & ipſum in prouerbium venit.

¶ Rixari de lana caprina. CLIIII.

Eſt de re friuola nihilq; contẽdere Hor. de iis qui ob cauſam quan ũ uis friuola n rixam cũ amicis ſuſcipiunt. Alter inquit rixatur de lana ſæpe caprina id eſt de nihilo Capra eni ſetas potius habet q̃ lanam.

¶ Dente Theonino rodere. Similiaq; CLV.

Eſt conuiuiis lacerare Fuit eni Theon q dã rabioſa loq̃citate petulantiſſime maledic⁹. Hor Dente Theonino quum circũ rodit. Conſimili ratione Canina eloquentia pro detractione apud Hieronymũ non ſemel legitur Iſq; eius verbi Appium auctorẽ nominat. Item & Hipponacteum præconium apud Ciceronẽi ep ſtolis familiaribus De Tigellio ita ſcribẽs. Eumq; addictũ iam tũ puto eſſe Caluí Liciui i Hipt

cliij.

ponacteo preconio. Erat aũt hipponax Iambographus amarulẽtus qui nonnullos eorum in quos ſcripſerat ad laqueum adegit.

¶Tua res agitur paries quum proximus ardet. CLVI.

Amicorum mala ad amicos attinẽt. Hor. in epiſt. Ecqd a tẽpus pau lo vẽtura pericula ſentis? Nã tua res agitur paries quũ proximus ardet

¶Tineas paſcere CLVII.

Eſt nemine vtente ſitu perire. Horatius ad librũ ſuum Contrectatus vbi manus ſordeſcere vulgi Cæperis: aut tineas paſces taciturnus in ertes. Aut fugies Vticam vinctus mitteris Ilerdam.

¶Pennas vltra nidum extendere. CLVIII.

Eſt rem fortunamq; quẽtenuem a maioribus acceperis auctiorẽ red dere. Hor. Me libertino natum patre & in tenui re Maiores pẽnas ni do extendiſſe loqueris vt quantũ generi demas virtutibus addas.

¶Alinum male parentem in rupes protruſit CLIX.

Hoc eſt eum qui ſalutari conſilio optemperare recuſabat ſuo vti pa ſus ẽ. vt vel malo doctior ſtultitiam intelligeret & ſuã Ex apologo ſũ ptũ Hor. Qui male parentem in rupes protruſit aſellum: iratus: quis enim inuitum ſeruare laboret.

¶Fores aperire. Iacere fundamenta. Munire viam. CLX.

Eſt ingreſſum rei cuiuſpiam patefacere: & tanq; initiũ facere. Plinius in hiſto. mũdi Obliquit atẽ eius intellexiſſe: hoc eſt rerum fores apparu iſſe Anaximander Mileſius traditur. Neq; admodũ diuerſum ab hoc ſenſum habẽt Iacere fundamenta: et munire viã: p eo quod eſt ea di cere que ad rem prẽparandam pertinent.

¶Aperte muſarum ianuę. CLXI.

Ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι idẽ aperte muſarum ianuę Grẽcis i prouerbio erat: de his qui facili promptoq; eſſent ingenio: nec tarde quod traditur perciperent. E diuerſo qui tardiores ſunt: cluſis muſa rum ianuis diſcere recte dicentur.

¶Viri antiqui maxillę ſunt baculus. ἀρχαῖον γέροντος ἄν θρωποι βακτηρία. CLXII.

Grẽcum puerbiũ: in ſenes edatiores. Ea enim ętas cibo perinde vt ba culo ſuſtentatur. Hodieq; tritũ eſt verbũ Dẽtibus memet ſuſtento.

¶Ἀντὶ ὠδῆς λαγῳός. Antipelargin. CLXIII.

Antipelargin eſt pro acceptis beneficijs gratiã referre. a Ciconia tra ctũ: quã ſenecta deficiẽtẽ pulli viciſſim alere dicuntur. Græci eni Ciconiam pelargon vocant.

¶ Auribus lupum teneo CLXIIII.

Græcis in prouerbio fuiſſe Donatus teſtatur his quidem τω ρωτωρ εχωτορλυκοροτ τεχειρουταφειραι λυραμαι. Quadrati eos q eiuſmodi negotio inuoluũtur: quod nec relinquere queunt: nec abſoluere Antiphonis erat vxor domi: quã nec eiicere poterat ꝓpter dãnationem iudicum: nec retinere propter pris violẽtiam. imo inquit quod aiũt auribus teneo lupum. Nã neq; quo a me admittam inuenio neq; vti retineam ſcio. Atq; idem ſibi in Phedria euenire ſubiecit leno quẽ neq; retinere poterat qa nihil afferebat neq; repellere qd impro be blaudus eſſet: multaq; promitteret. Ad idẽ adagium alluſiſſe vide tur Cecilius apud Gelium. Nam hic ſunt amici peſſimi: fronte hilari: corde triſti quos neq; vt aprehendas: neq; vt mittas ſcias

¶ Ad reſtim res rediit CLXV.

Hoc adagio ſumma rerũ deſperatio ſignificatur que tum videtur eſſe quũ mortẽ nobis ipſi cõſciſcimus. Teren. in phor Opera tua ad reſtim nihil quidem res rediit planiſſime

¶ Ita fugias: ne prꝛter caſam CLXVI.

Cõmendatur hoc ꝓuerbio mediocritas: ne ſic aliud vicĩ fugiamus vt in aliud incauti deuoluamur Terẽ. Noſtrapte culpa facimus vt malos expediat eſſe: dũ dici nimiũ nos bonos ſtudem⁹ & benignos Ita fugias: ne ꝓter caſam (qd aiũt) verba ſũt Demiphõtis ſenis ſemet ac cuſantis: q dũ auri famam fugeret: ſtulti reprꝛhenſionem incurriſſet Donat⁹ hoc pacto exponit. ita fugito ne caſam tuã prꝛtermittas quæ ſit tibi tutiſſimum acceptaculũ: aut ita fugias ne prꝛter ca[illegible] vbi cuſtodiri mage & prꝛhendi fur: & mulctari verberibus poteſt Aut verbum erat furem exagitantis et interea prouidentis: ne ante caſam trãſeat ne in prætereundo etiã inde aliquid rapiat Quæ qdã verba mitor hominẽ tam eruditũ ꝓ commento aſcripſiſſe

¶ Sꝛpe etiam eſt holitor valde opportuna loquutus CLXVII.

πολλοκικαι κηπωροσ αρηρμαλακαι ριοῤ κιπερ. Verſ⁹ græcis ꝓuerbii vice celebratus auctore Gellio Paræneſis eſt non eſſe contennendã ſalutarem & vtilẽ ſententiã: ꝓpter auctoris humilitatẽ Cui vehementer cõſonum eſt illud Cecilii apud Cic in tuſ q̃ſti. ſæpe

eſt etiã ſub pallio ſordido ſapiẽtia. Nec diſſonat Plautinum illudi capti. duo Vt ſumma ſępe ingenia in occulto latent Deniq; & noſtrę ętatis adagium extat: a ſtulto homine: prudens verbum nonnunq; proferri

¶ Caninum prandium. CLXVIII

Quod adagium Gellius in noctium li. xiij. capitulo vltimo his verbis enarrat Eius aũt loci in quo id prouerbiũ eſt verba hęc ſunt videlicet in Satyrarum libro M. Varronis qui υλωρκρυσορ. id eſt aqua rigens inſcribitur: Non vides apud Mneſcheum ſcribi: tria genera eſſe vini nigrum album medium. Quod vocant κυρσορ. giluum nouum vetꝰ medium & efficere nigrum vitus: album vrinam: medium ωεπωσιμ id eſt concoctionem. Nouum refrigerare: vetus calefacere: medium vero eſſe prandium caninum. Quid ſignificet prandiũ caninum remiſ/ uiculam diu & anxie q̃ſiuimus. Prandiũ autem abſtemiũ in quo nihil vinũ appellaſſet qđ ne p̃ nouum neq; vetus eſſet: & plerũq; homines ita loquẽtur: vt omne vinũ aut nouum eſſe dicit: aut vetus: nullã vim habere ſignificauit: neq; noui neq; veteris: quod medium eſſet idcirco pro vino nõ habendũ: quia neq; refrigeraret: neq; calefaceret.

¶ Malum conſiliũ conſultori peſſimum eſt. CLXIX.

Ab etruſcis aruſpicibus ductum adagium qui populo romão pœnas dederunt q̃ perfido inimicoq; animo ſua ſiſſent vt Horatij coclitis ſtatua fulmine deiecta: in inferiorem locum ſoli inacceſſum tranſferetur inde vetꝰ hic ſcire factus cantuſq; pueris vrbe tota fertur malum conſilium conſultori peſſimũ. Videtur autẽ hic verſus de græco illo Heſiodi verſu expreſſiſſe ηλεκακηβου λητωβου λευσαητακακιζη id eſt conſultum male conſultori peſſima res eſt.

¶ Vir fugiens & denuo pugnabit. CLXX.

Quũ Demoſthenes pbro obiiceret. q̃ eo p̃lio quo philippꝰ Athenienſes apud cheroneã vicit clypeo abiecto fugiſſet: verſu illo notiſſimo illu ſit ανηροφευγωνκαιπαλινμαχησεται. i. vir fugiens iterum pugnabit. Hoc euenit: denuo pigeat experiri. imitemurq; potius Dauũ Terentianũ. Hac inquit non ſucceſſit: alia aggrediendum eſt via.

¶ Curruca cuculus. CLXXI.

Noſtra tempeſtate cuculos vocat vulgus: quorũ vxores alij poſſidẽt Verum Iuuenalis eiuſmodi maritũ currucã vocat Eã auem putat eẽ Domiti⁹ quam Ariſtoteles in libris de animalũ naturis Hypolaida nominat. In huius nidum cuculũ oua ſua ſupponere Ea illã educare pro ſuis Etiam ſi Plinius. Cocycem ſic enim græci cuculũ vocãt in pa lumbiũ nidos ſua oua ſubdere ſcribit Quia ſi eadẽ eſt latine Curruca quę Græce hypolais mire in adultere maritũ cõuenit: alienã pro ſua adamãtem & alienos liberos p ſuis educantẽ porro quẽ alius neſcio quis vallenſis de Heuruca adfert: coactiora mihi vidẽtur. Cuculũ au tem vocat plautus adulterum maritum: tanq̃ qui oua ſua in alienis ni dis ponat. Sic enim arthemone maritũ in meretricis ſinu depræhẽſũ ei ciens. At etiam inquit cubat cuculus: paulocp poſt: Cano inquit ca pite te cuculum vxor exluſtris rapit.

¶ Digito compeſcere labellum Harpocratem facere & in eundem ſenſum alia. CLXXII.

Prouerbiale quiddam habet hęc clauſula digito labellũ cõpeſcere: p eo qd̃ eſt arcanum & fidei cõmiſſũ ſermonẽ cõtinere Alludit enĩ vel ad Angeronam deã ſilentij preſulẽ vt author eſt Solinus: cuius facel lũ Romæ inter antiquiſſimas religiones habitum. Ipſa prenexo obſi gnatocp ore ſimulachrum habebat. Vel ad Harpocratẽ deũ Aegipti um qui digito labi s ipreſſo fingebatur: geſtu ſilentiũ arcanũ indicen tis De quo eſt illud Ouidianum Quicp premit vocem digitoq; ſilẽtia ſuadet. Inde Harpocratẽ facere i. tacitũ Catullus. Et patruum reddi dit Harpocratẽ. Eſt illud apud Comicos frequẽs mortuo dixeris. Se pulto verba fiunt: mortuo fabulã narras. Itẽcp lapidi dixeris. Mutuũ dices: vbi & hoc modo loqui licuerit Harpocrati dixeris: aut harpo cratem medices: vel Harpocrates non continuerit f. delius.

¶ Pulcherrimum eſt Athletan Herculi placere aut mimum Roſcio. CLXXIII.

Vetus ait eſſe Cãpan⁹ Id demũ ſũme laudis eſt nõ vulgo ſed ipis ar tis principibus i arte ſatisfacere. Nã id quidẽ fuit Hercu. in re mili tari qd̃ Roſcius in actione: cuius oculis nullus vnq̃ hiſtrio ſatiſſecit.

¶ Suis cuicp aui plumis eſt vſus. CLXXIIII

Vulgo iactatum verbum: quo ſignificant: nulli q̃uis opulento quicq̃

superesse. Potētibus enim vt plus est relicta sumptus est amplior faciendus. Et tam aquilæ suis vsus est plumis: q̄ hyrundini suis.

¶ Apertis tibijs. CLXXV.
¶In ſiluam ligna ferre. cccxiii.

Eſt eos velle augere eo quo maxime abundãt: Hor.in ſermonibus Atq; ergo cum græcos facerem natus mare citra verſiculos vetuit me tali voce Quirinus Poſt mediam noctem viſus:quum ſomnia vera In ſyluam non ligna feras.

¶Tertius Cato Sapientium octauus. cccxiiii

Ironice in hoies tetricos dicitur:quiq; ſibi vehementer videntur ſapere Iuuenalis Tertius e cœlo cecidit Cato.Nam duos catones Cœlo demiſſos creditum eſt:vt bellum in vitiis gererẽt.Hor. Hæc me Stertinius ſapientum octauus.Septem enim apud Grecos numerantur ſapientes.

¶Secunda meliora.δευτερωρωραμειρορωρ.id eſt ſecũdis melioribus. cccxv.

A ſacra faciẽtibus tranſlatum :q̃ ſacrificiũ iterare cõſueuerũt:ſi qñ prima hoſtia nõ litaſſent. Teſtis cicero lib de diuinatõe ſecũdo. Idẽ monemur hoc Græco prouerbio quod euangelica parabola de amico. q̃ noctu amici pulſauit oſtium actres panes improbe petens accepit.

¶ Eadem penſaberis trutina. cccxvi.

Ea lege tecum agetur:qua tu cum alijs egeris Hor. in ſer. Hac lege i/ trutina ponetur eadem. Idẽ in epiſtolis. Romanis. Romani penſan/ tur eadem ſctiptores trutina. Similis huic euãgelica metaphora Ea/ dem mẽſura qua emetiemini:remetiatur vobis Vtraq; tranſlatio ac commodatiſſima Quin & Perſius Horatium vt ſolet exprimens : ex amenq; inquit improbum in iſta Caſtiges trutina.

¶ Nil intra eſt oleam:nil extra eſt nuce duri. cccxvij

Prouerbialis eſt verſus apud Hora. in ep. in eos : qui manifeſto falſa proferis affirmant:& confeſſa negant. Nam cum huiuſmodi homi/ num genere non eſt diſertandum. Conſtat autem iter ſanos & extra in nuce duri eſſe aliquid & intra oleam.

¶ Ire per extentum funem cccxviij.

Eſt rem perdifficilẽ factu facere: Parum liquet vñ tranſlatũ : etiã ſi A/ croni a funabilis ſumptum videtur : qui per funem protenſum inam/ bulant Hor. Ille per extentũ funẽ mihi poſſe videtur: Ire poæta: meũ qui pectus inaniter angit.

¶ Propria vineta cædere. cccxix.

Dicitur is: qui ſe metipſum ſuoq; carpit ac lacerat Hor. Multa quidem nobis fac[illegible]us mala multa poetæ: vt vineta egomet cedam mea.

¶ Zonam perdidit. cccxx

Caſtrenſe prouerbium. in eos qui nihil habẽt Græca fabula tractum Acroni admonet Porphyrium a militum conſuetudine : qui quicquid in zona ſecum portant Eſt autem apud Hora. in epi. Ibit eo quo vis qui zonam perdidit inquit.

¶ Taurum tollet qui vitulum ſuſtulerit. cccxxi.

Politian⁹ in Miſcellaneis Hinc etiam puto natum prouerbiũ illud vt dicatur poſſe taurum tollere: qui vitulum ſuſtulerit. Refertq; ibidem. Quã vtille verba ex Petronio. Iunonem meam iratam habeã: ſi me vnq̃ meminerim virginem fuiſſe Nam infans cum paribus inquinata ſum :& ſubinde prodeuntibus annis maioribus me pueris applicui:

donec ad hanc ætatem perueni Ex quo ſenſus prouerbij liquet: vide licet maiora peccaturum qui puer minoribus vicijs aſſueuerit.

¶Narthecophori multi Bacchi vero pauci. πολλοὶ μὲν νάρθηκοφόροι παῦροι δὲ βάκχοι. cccxxiij.

Apud Platonem legitur in Phedone: a bacchanalium cérimonijs trã ſlatum in quibus omnes quidem thyrſos: id eſt haſtas viteas Bacchi inſigne geſtabant: bacchi tamen omnes erant. Conuenit in eos qui ſigne virtutis ac eruditionis habent: neq; doctrinam habentes. Perinde ac ſi dicas: non omnis theologico pallio inſignitus theologus: neq; omnes pilleati litteras ſciũt: neq; omnes cucullati monachi ſunt

¶Iuſtitia iuſtior Libra æquior. cccxxiij.

Δίκαιος ἐρῶ στάχυρις δίκης δικαιότερος. Vtrumq; de ijs dicitur: quos animodum iuſtos & æquos ſignificamus.

¶De pilo pendet. cccxxiiij.

ἐκ τρίχος κρέμαται: id eſt ex capilo pendet. De rebus veſiemen ter dubijs & periculoſis. Quod verbi vel hodie vulgo noſtrati in ore eſt.

¶Elupi faucibus erui. cccxxv.

ἐκ λύκου στόματος ἁφίλω. De ijs qui preter ſpem rem pro pemodum amiſſam recipiunt. Velut ſi nos pecuniam a prefecto litto ris Donatienſis recepiſſemus.

¶Non capit murem Elephantus. cccxxvi

ἐλέφας μῦν οὐ χαλίσκει. id eſt elephantus murem non capit. id eſt ij qui magno ſunt animo res minutas negligunt.

¶Elephantum ex muſca facis. cccxxvij.

ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς. id eſt elephantos ex muſcis fa cis. Conuenit in eum: qui paruo ſermone amplificat. Simile eſt illud paruo pedi calceos magnos circundare.

¶De lapide emptus. cccxxviij.

In hominem obſcurum viliſſimũq; dicitur Nam emptitij ſeruiinfimæ notæ erant. Cice. Præter duos de lapide emptos: a preconis lapide ſumptum Simillimum eſt. Græco illi cum ſale emptus.

¶In eadem es naui. cccxxix.

Hoc eſt in coī periculo. Trāſlatum ab his qui eodē nauigio vehuntur ad quos oē periculum cōmuniter pertinet Eſt apud Ciceronē in epīis

¶ Lani ſacrificat Proteruiam fecit. cccxxx.

De iſs quoq; dici poteſt qui edaciores ſūt cōuiuæ: qq; e cōuiuio appoſito nihil reliqui faciunt. Ex huiuſmodi enī ſacrigenere nefas erat qq; efferri. Similimum huic eſt catonis illud in quēdam qui patrimoniū vniuerſum abſumpſerat: excepta domo vna. quæ incēdio conflagrauit. Hūc hominem Cato proteruiā feciſſe dicebat: quos genus ſacrificij eſt ejuſmodi. vt reliquias igni abſumi ſit neceſſe.

¶ Delphinum cauda alligas.

Δελφῖνα πρὸς τὸ οὐραῖον Δέειν. cccxxxi.

Græcum adagium In eos qui teneri non queunt. Quod hodieq; vulgo dicitur Anguillam canda tenes.

¶ Inuento vſo veſtigia inſequeris. Ἀρκτοῦ παρουρήσεται ἴχνη ζητεῖς cccxxxij

A timidis venatoribus tranſlatum in eos: qui præſente eo quem debent vlciſci: alias nugas agunt Simile eſt illud Platonis in legibus. De cane in lapidem iactum ſequente: eo qui iecit omiſſo.

¶ Cocta numeramus exta. cccxxxiii.

Hoc Diomedes Grammaticꝰ pro prouerbii exemplo poſuit. Eiuſq; hanc eſſe ſenſum ſcripſit: ex euentu ſciemus.

¶ Neſcis quid veſperi ſerus vehat. cccxxxiiij

Ex menippeis Satyris M. Varronis liber eſt teſte Gellio Lepidiſſimꝰ Cui titulus est Nescis qd ſerus veſperi vehat: quē prouerbia'em eſſe ſi cuti ſūt pleriq; alij puto nemini dubium videre Quo grauiter monemur ne præſenti proſperitate elati: futuri curam abijciamus.

¶ Ad viuum Summo iure. cccxxxv

Id eſt ad cutem vſq; ita loquimur nimis exactā ratiōnē ſignificantes. videlicet quum rē nimis acriter vrgemꝰ Thraſymachꝰ apud Platonē Socratem Sycophantē appellat. i calūniatorē q; orationem ſuam ad nimis arctam rationē exigat: deprauāsq; potiꝰ recte dicta: q; in cautiꝰ dicta i meliorem ſenſum trahens Additq; Quare ſecūdum exactam rationem. quādo & tu ad viuū reſecas: nulliꝰ artifex peccat Nec huic diſſimile illud apud Ciceronē pro Cecina. Nam cæteri inquit tū ad iſtam

orationē decurrūt: quū ſe i cauſa putāt habere equū & bonū qđ' deſē dant: ſi cōtra: verbis & litteris: & vt dici ſolet, fūmo iure cōtēditur, ſo/lent eiuſmodi iniquitati & boni & equi nomen dignitatēq; opponere Eſt igitur ſummo iure contēdere: leges ad viuū & nimis ſeuerā ratio/nem exigere vnde & illud Summum ius: ſumma malicia.

¶Boni ad bonorū conuiuia vel inuocati accedūt Αυτοαγοι Δεδειραθ οιδιδωρ επι Δαιτας ιερται. cccxxxvi.

Græcorū adagiū apud platonem i cōuiuio vbi ſocrates Ariſtodemū ad Agathonis cōuiuiū vna adducēs Sequere me inquit vt puerbium trāſgrediamur, illud in hūc modū mutātes quod ad bonorum homi/nū cœnas boni homines etiā non inuitati proficiſcuntur.

¶Canis a Corio nunq̄ abſterrebitur vno. cccxxxvii

In Horatianis eſt ſermonibus: in eos qui lucri cupiditate turpiudinē libenter admittunt.

¶Creſcētē tumidis inflā ſermonibus vtrem. cccxxxviii.

In eadem eſt Satyra de eo qui per aſſentationē & falſas laudes ſtul/tis animos erigunt.

¶Criſtæ ſurgunt. cccxxxix.

In eos dicitur qui ſibi ſtulte placent: ſeq; ipſos mirātur Ab auibus tra ctum. Iuuena. Quid apertius: & tamen illi Surgebant criſtæ.

¶Sub ſidunt pennę. cccxl.

De iis dicitur qui animos demiſſiores ſibiq; placere deſinūt A pauonum conſuetudine ductum. Iuuena vt tamen omnes ſubſidant pennę.

Gygis anulus. ΓΥΓΟΥΔΑΚΤΥΛΙΟΣ cccxli

A Gyge illo quē Glauco apud Platonē ſecundū de rep. li. fingit ductū puerbiū: in eos, qui mitis machinis & occultis dolis rem conficiunt.

¶Aduce muliere ducitur mulier ΓΥΝΗΣΤΡΑΤΗΓΕΙ ΚΑΙ ΓΥΝΗΣΤΡΑ ΤΕΥΕΤΕ. cccxlii.

Grecum adagium in meticuloſos.

¶Tam nudus q̄ ex matre. cccxliii.

ΓΥΜΝΟΣ ΩΣΕΚΜΗΤΡΟΣ. nudus vt ex matre: de vehementer egēte dicitur.

¶Anus vulpes nō capitur. ΓΡΑΥΣΑΛΩΠΗΞ ΟΥΧΑΛΙΣΚΕΤΑΙ. cccxliii.

In longo rerum vſu callidos Græci dicebant: aut in eos qui muneribꝰ corrumpi non poſſunt.

¶ Iouis cerebrum. Διος ἐγκεφαλος. cccxlv.

In eos dicebatur qui genialiter viuerent: ꝓpterea q̄ apud Perſas lautę ſumptuoſeq; epulæ Iouis cerebrum vocarentur.

¶ Ruſticanum oratorem ne contemnas. Ἀγροικου μὴ καταφρονει ῥητορος. cccxlvi

Id eſt hominem q̄uis inferiore fortuna ne deſpicias. Græcum & hoc.

¶ In tenebris ſaltas. ἐν σκοτῳ ὀρχεισθαι. cccxlvij

Id eſt ſine teſte laboras.

¶ Sibi canere. cccxlviij.

Eſt ad ſuam voluptatem non aliorum iudicium quippiam facere. Hieronymus dignus qui ſibi tantum canat & muſis Et in platonis conuiuio tibicina ſibi iubetur canere.

¶ Aeſtate veſtem deteris ἐτ θερει τὴν χλαιναν ὀρκατατ ιβειος. cccxlix

In ſtulte profuſos dictum: qui ſine cauſa prodigunt: atq; ibi vbi ſumptu opus egent.

¶ In trijo ſinu. ἐν τριοδῳ εἰμι. cccl.

In perplexos conuenit & dubitantes quid potiſſimum ſit agendum.

¶ Mercurius non doctus ἑρμης ἀμυητος. cccli.

Contumelioſum adagium in eos: qui experientia rerum non eruditione ſapiunt. Simile Horatianum illud de Oſello Ruſticus a normis ſapiens. Craſſaq; minerua doctus.

¶ Dormiens rete cepit. εὐλοχυτικυρτος ἀιρει ccclij.

A piſcatoribus tranſlatum: quibus & dormientibus retia piſces capiunt. Competit in eum cui res ſtulte inſtituta bene tamen vertit cuiuis citra operam boni quippiam obuenit.

¶ Cothurno inſtabilior. εὐμεταβολοτερος εο θορνου cccliij.

In hominem lubrica ancipitiq; fide dicitur. Nam Cothurnus calciamenti genus eſt vtrilibet pedi conueniens.

¶ In vino veritas. cccliiij.
ἐν οἰ νῶ ἀλήθεια vinum enim cuiuscunq; ingenium aculit Alcibiades in Sympolio Platonis. Quæ vero sequuntur: non prius audietis: quã prouerbium illud recensuerim Vinum & cum pueritia & sine pueritia esse veridicum.

¶ Ab asino lanam. Ἀπο ὄνου τὸκος. cccly.
Simile est plautino illi. Epunice aquam postulas. Neq; enim est ab asino lana expectanda.

¶ Spartano liberior ἐλευθεριότερος σπάρτης. cccly.
Spartani enim generoso minimeq; seruili ingenio fuisse perhibentur

¶ Ventus neq; nauigare sinit: neq; manere. ἐρθοῦτε ἄρεμος οὔτε μίμερεῖν ἐα cccly.
Eundem habet sensum cum Terentiano illo auribus lupum tenes.

¶ Iuppiter absq; filijs. ξεύς ἄτοπος. cccly.
De inopinabilia incredibiliaq; dicentibus Simile est oratiano illi Nil extra est oleam: nil intra est in nuce duri.

¶ Olle amicitia. ξητὴ χύτρα φιλία. cccly.
De his dici solitum: qui ventris causa fiunt amici quos mensæ amicos sapiens quidam appellat

¶ Doliaris vita. ξωὴ πίθου. cccly
Est vita frugalis minimeq; ambitiosa A Dyogenis dolio sumptum a dag um.

¶ De gustu iudicare. ἐκ πεύματος τὸν ὠὸν κρίνειν cccly.
Ex leuicula re. maiorum coniecturam facere.

¶ Vel ter sex vel tres taxilli. cccly.
ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι. i. vel ter sex: vel tres taxilli Ab ijs dici soli/tum qui extrema volũt experiri: vt aut oĩa vincant: aut admittant oĩa inter sex taxillis summa victoria consistebat: in tribus nulla.

¶ Sylosontis chlamys. ἡ σύλωσόντος χλαμύς. cccly.
De veste ambitiosa dicebatur Sylon enim Dario priuato adhuc ve/stem quandam precio inestimabili donarat. cuius muneris memor creatus lex illum ab exilio restituit.

¶ Equus me portat: rex alit. cccl xliij.

ΙΠΠΟΣ ΜΕ ΦΕΡΕΙ: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕ ΤΡΕΦΕ. i. equus me portat: rex me alit Græcũ adagiũ q alieno ſumptu molliter & magnifice viuũt Q. d. a milite quodã Philippi regis natũ ferũt: qui a matre monitus vt miſſionẽ peteret: hũc in modum reſponderit Idẽ horatius. Ariſtippo tribuit in epiſtolis Rectius hoc & ſplendidius multo eſt: equus vt me portet alat rex. Quo in loco Acron prouerbiis eius admonet.

¶ Corcorus in lachanis. Graculus inter muſas.
Anſer inter holores. cccl xv.

ΚΟΡΚΟΣΕΡ ΛΑΧΑΝΟΙΣΙ. i. corcorus inter olera. In eos dici ſolitũ qui quũ infimę ſint cõditiõis: maxis tñ equari volũt. Eſt eni Corcorus apud plinium oleris genus viliſſimum. Nec huic diſſimile Graculus inter muſas Et Vergilianum illud Anſer inter holores.

¶ Aderit Temeſſęus Genius. ΠΑΡΗΣΤΑΙ ΤΕΜΕΣΣΕΙΟΣ ΔΑΙΜΩΝ. cccl xvi.

Refert. pauſanias in Eliacis Temeſſę comitẽ cõueniendũ Vlyſſis ob virginẽ cõſtupratã occiſũ: atq; ob id laruas ei⁹ niſi placarent / quotannis oblata virgie graſſari ſolitas ac pernicie adferre oi ætati ac ſexui Iſq; Genius ei⁹ loci credit⁹ eſt: Hũc Euthymus pictes. i. pugil Temeſſã reuerſus cõpeſcuit virgine quõdęuouerat: liberata: atq; i matrimoniũ accepta. De eodẽ ita meminit Elianus Euthym⁹ inquit Loci⁹ ex Italia pictes Incitus & robore inſigni fuit lapidẽ geſtabat ingenti magnitudine: qui locris oñdit: & Tęmeſeũ heroa qd cuiq; pervim abſtulerat reddere cœgit Etiã cũ fœnore: vt inde natum ſit adagiũ iis qui ſordidos & iniuſtos quęſtus faciũt affore Temeſſeũ Genũ. i. dependenda cum fœnore quæ præter ius abſtulerint.

¶ In lenticula vnguentum. cccl xvij

Apud. A. Geliũ li. xiii. cap xxvii. deprauate legit hoc adagiũ: puta ΤΟ ΡΕΡΤΗΤΤΑΡΗΜΥΘΟΡ. i. qd hũc modũ emẽdat Hermola⁹ ΤΟ ΕΡΤΗΦΑΚΗΜΥΡΟΡ. i. in lenticula vnguẽtũ. Eſt aũt lẽticula legumis gen⁹ lenti perſimile: ſed diuerſũ. Dici cõuenit in eos: q rẽ per ſe rectã nõ apte neq; in loco agunt. Sic eni Fronto apud Gelliũ videte tñ inquit: ne exiſtimetis ſẽper atq; i oĩ loco mortales multos p multis hoibus eſſe dicendũ Ne plane fiat Græcũ illud de Varronis ſatyra prouerbium ΤΟΕΡΤΗΦΑΚΗ ΜΥΡΟΡ Niſi forte lenticulam pro vaſculo malimus accipere: vtrumq; enim ea vox ſignificat.

¶ Inexplebile doliũ Pertusũ doliũ. ἀπληστος πιθος. cccLxviij.
Vtrũq; a Belidũ puellarũ supplicio tractũ Prius inauidos & rapaces dr̃: Posterius in obliuiosos: quibus quicq̃d eruditionis infunditur protinus effluit. Ab eadẽ fabula ductũ & illud q̃d hodieq; vulgo perseuerat. Cribro aquas haurire. Plato. de rep. li. ij. Iniustos cœno quodam apud inferos obruunt: & aquam cribro ferre cogunt.

¶ Odi memorem compotorem. ccclxix.
Hanc sñiam quoniã Epigrãmaticus poeta Grecis verbis carmini iseruit nõ dubitandũ arbitror: quin fuerit prouerbialis Inseruit eodẽ mõ Pythagoricũ illud Cãdide κοινα φιλων sunt hæc tua cãdide παντα. Et Iuuenalis Apollinis oraculũ intexuit: E celo descendit γνωθι σεαυτον. Martialis epigrãma notissimum est in ꝓcillũ: q inter pocula iussus postridie cenatũ venire. venit sero: perinde ac si inter vina dicta pondus habere debeant. Id epigramma hoc versu clauditur. μισω μνημονα συμποταν. Procylle. id est odi memorem compotorem procille.

¶ Aenigma Sphingis: Oedipo propositum. ccclxx.
Quis est: qui primũ quattuor pedibus: mox duobus: demum tribus ingreditur? Homo. Is enim puer manibus quoq; nititur vt se erigat deinde duobus pedibus se sustinet: donec decrepita etas tertium pedẽ addat: id est bacillum.

¶ Contra retiarum ferula. ccclxxi
Do. Calderinus ꝓuerbiũ fuisse admonet: in eos qui infirmo ꝑsidio: cõtra maxime instructũ pugnarẽt. Quod si verũ est: simile huic fuerit illud Leonẽ festuca conaris occidere: Q;q̃ idem paulopost alio delabitur: gladiatores olim si minus placuissent Ferula cæsos eiici solitos Martialis in Epistola hæc sunt: Deniq; videas an te delectet contra retiarium ferula: id est an id faciendum tibi putes: quod nemo nõ dãnet: exhilet.

¶ Patres nostri comederunt vuam acerbam. ccclxxij.
Est in ꝓpheticis litteris hebraicũ adagiũ huiusmodi Patres nostri comederunt vuã acerbam: & dẽtes nostri obstupuerunt Quo licebit vti quotiẽs significare valemus: alium innoxia esse: & aliũ pœnas pẽdere. Expetitur enĩ nõnunq̃ suppliciũ non ab ijs q nos leserunt: sed ijs q referire nequeant. Eandem habet sententiam quod vulgo iactatur iusculam plerũq; luere: si quid scropha mater peccauit.

¶In expuentem recidit: quod in cœlū expuitur. εισ τορουρα ρορ τοξευειρ. ccclxxiii.
Græcis huiusmodi sententiam prouerbialem fuisse Franciscus Philelphus est auctor. In expuentis os recidere quicquid i cœlum expuitur. Quo verbo monemur: & festiuiter: & grauiter: ne vel superis: vel potentibus maledicamus Huiusmodi enim voces per iugulum fere redire solent. Neq̧ tutum est eos contumelia prouocare qui possunt nutu perdere.

¶Scindere glaciem. ccclxxiiij.
Apud eundem est pro eo quod est in nondum tentata viam aperire. A nauiculariis translatum: quorum vnus aliquis ceteris audacior per glacie concretum amnem nanim primus agere consueuit.

¶Manum de tabula. ccclxxv.
Illud autem quod est in Ciceronis epistolis heus tu manum de tabula: magister ad est citius q̄ putaramus. prouerbiale fuisse dubitandū non est: verum quem habeat sensum. aut vnde sit sumptum: parum liquet Tametsi e scholis mihi quidem natum videtur a pueris qui declamationem reddituri præceptoris interuētum metuūt: ne tum scribentes adhuc opprimantur: quum iam debeant ad recitandum. esse parati.

¶Nihil cotio est. ccclxxvi.
De iis qui in posterum pollicentur: nihil autem donant in præsenti. Plautus. Vetus est nihil cotio est. Quid autem sit cotio Gellius exponit. Nam veteres preuulgate Cotionem dixere Adulatorem

¶Transuersum vnguem. Latum digitum. ccclxxvii.
Legitur in epistolis Cic. etiam hoc. Vrge igitur transuersum vnguem (quod aiunt) a salo: quod quidem parum a nobis legentib⁹ intelligi non est mirum: quando ipse qui scripsit intelligi nisi ab vno noluit. Illud nemo nescit: q̄ minimum spacium digito prouerbialiter significari solere vt apud Ciceronem verrem Digitum non discedebant. Et i Aulularia Plautinus Euchio. Si tu hercle ex istoc loco digitum transuersum aut vnguem latum excesseris qui sermo a Fabris translatus videtur quos opera sua digitis latis metiri notissimū est. vt iugerum mensores pedibus metiuntur.

¶Scyllam defugiens in charibdim incidi. ccclxxviii.
Notissimum adagium quo notatur eorum imprudentia qui in vtranuis partem nimis sunt vehementes: sic aliud malum fugientes: vt in

aliud grauius incidant: vt ſi quis metuēs ne ꝓdigus habeatur ſordi/ di hominis notam veniat. Horatius. Nā fruſtra vicīū vitaueris illud: ſi te alio prauū detorſeris Quadrat item in eos: quidū hoc infortunīū vitare ſtudēt: in illud deuoluntur. Trāſlatum eſt ꝓuerbiū a nauiganti bus: qui dū icauti ſcopulum defugiūt. in Charibdim abripiūtur. Eſt enim vtrūq; marinum periculū: verū alterū ab altero diuerſū Quippe Scylla quoniam extat naui elidit Charybdis immenſa altitudine ab re ſorbet.

¶ Iungere vulpes Mulgere hircos. cccl xxix.

Quod eſt apud Vergiliū i Tyriſide Atq; idēiūgat vulpes & mulgeat hircos Paſtorib⁹ i ꝓuerbio olim fuiſſe videri poteſt Nā tus ſapit haud vrbē Dici cōuenit in eos qui inſanum quippiā acvehemēter abſurdū moliūtur. Preceſſerat en i Qui Bauiū nō odit: amet tua carmīa Mœ/ ui Quū vtrūq; inſanū ſit: vel Bauiū mirari: vel Mœuio delectari Tan/ tūdem item habet inſanie vel vulpes taurorū i morē aratro ſubiūge vel ex hirco lac velle opprimere.

¶ Caligare in ſole. cccl xxx.

Apud Fabium legitur. Quadrat rectiſſime in eos qui ingenii vitio in reb⁹ clariſſimis perinde vt in difficillimis cęcutiunt vt ij quib⁹ Ciceronis oratio tenebricoſa videri ſolet. q; ex auctoribus vt quiſq; ſcripſit optime: ita intelligūt minime: & in libris tenebras eſſe cauſātur: quū ipſi i oculis tenebras ſecū ferāt: vt nihil illis nō obſcurum eſſe poſſit. A cęcis ductum eſt: aut certe a Noctuis aut denīq; a luſciosis quorum oculis lumen ipſum ſolis pro tenebris eſt Etenim quibus id vicij eſt plus noctu q̄ luce vident.

¶ Balbus balbum rectius intelligit. cccl xxxi.

Hieronymus in epiſtola ad Dōnionem huiuſmodi dicterio monachi cuiuſdam ſtultitiā tāgit: haud ſcio feſtiu⁹ ne anacriue Et idcirco iquit ſe eruditū putat: quia Iouinianū ſolus intelligit Eſt quippe ꝓuerbiū Balbum melius Balbi verba cognoſcere. Iouiniani vero ſtilū portentoſum atq; obſcurum idē Hieronym⁹ miris ſalibus deridet: in præfatione librorū quib⁹ illius errorē coarguit Id autem ꝓuerbii ex ipa natura ſumptum fuiſſe nemo nō videt. Cōpetit in eos qui indocte docti pręter indoctorum libros nihil intelligunt.

¶ Camelum ſaltare. cccl xxxii

Quoties quippiam vehementer abſurde & inuita Minerua Cōtraq;

deor⁹ fieri ſignificam⁹ dicimus Camelũ ſaltare Veluti ſi quis natura ſeuerus ac ſerius: legans ac feſtiuus haberi affectet Eſt apud diuum Hieronimũ. Riſim⁹ inqt in te iuxta vetus ꝓuerbium camelũ ſaltantẽ

¶ Vt Canis e nilo ccclxxxiii

Hoc adagiũ ex eo apophthegmate natũ apparet cui⁹ meminit Macrobi⁹ i prio Saturnaliũ. i. huiuſmodi p⁹ fugã Mutinẽſem q̃rentib⁹ quid ageret Anthonius quidã familiaris eius rñdit Q d' canis in ægipto: bibit: & fugit Nã in illis regionibus conſtat canes raptu crocodilorum exterritos bibere: et fugere Eo hunc in modum vti licebit: vt ſi quẽ poeticã curſim & leuiter attigiſſe ſignificemus: eum olim e poetis hauſiſſe dicamus: ſed ita vt canes e Nilo.

¶ Herbam dare vel porrigere ccclxxxiiij

Pro eo qd' eſt ſe victum & alterum victorẽ agnoſcere: paſſim apd' auctores occurrit Trãſlatum ẽ a cõſuetudine militari Antiq̃tus enĩ ſum mũ erat victorie argumẽtum: ſi vict⁹ victori herbam porrexiſſet: tanq̃ ipſa etiam terra atq; altrice humo ſe cedere ſignificans.

¶ Dare manus ccclxxxv

Et hoc militare ꝓuerbiũ eſt Nam q̃ ſe victori dedunt vltro man⁹ ad vincula offerunt Horatius in odis. Iãiam efficacido manus ſcientię.

¶ Haſtã abijcere in harenã deſcẽdere Harena cedere ccclxxxvi

Apud Ciceronẽ eſt in oratiõe ꝓ Murena: pro eo qd' eſt cauſe diffidere: & cõtẽtionẽ relinquere In harenã deſcẽdere pro eo qd' eſt certamẽ ĩire. Harena cedere: ꝓ eo qd' eſt certamẽ relinquere: vtrũq; adagium noti⁹ eſt q̃ vtrinculcari debeat: vtrumq; a gladiatoribus acceptum.

In tua ipſius te Harena ſupero ccclxxxvii.

Hoc eſt in tua ipſius arte ac ſtudio Veluti ſi medicus cõtra theologũ de theologia diſputans eum vinceret. Politianus Et eos in ipſorum (quod dici ſolet) harena ſuperabant.

¶ Amor nullo magis emitur q̃ ſeipſo ccclxxxviii.

Sñia eſt nõ min⁹ lepida q̃ moralis. Seneca amatorũ efficaciſſimũ oñ dẽs vis inqt amari: ama Naſo vt ameris: amabilis eſto.

¶ In amore mutuum nõ reddere turpiſſimũ eſt. ccclxxxix

Vt illa ab emptorib⁹. ita hęc a creditorib⁹ mutuata ſñia in amore mutuũ nõ reddere turpiſſimũ eſt. Nã ĩbñficijs q̃q̃ ſepe fit vt mutuũ red/

dere etiã q velint: non poſſint: tñ in amore nemo ẽ: q mutuũ reddere nõ q̃at. Vtraq; prouerbĳ noie a doctiſſimis auctoribus citata ſñia eſt

¶ Si vultur es cadauer expecta. cccxc.

Aſeneca politũ eſt: dici ſolitũ in teſtamentorũ captatores q nõ aliter q̃ Vultures aliorum morte ſaginantur In eoſdẽ eſt illud Martialis Cuius Vulturis hoc erit cadauer?

Vltra cornices viuax cccxci.

υπερ τας κορωνας βεβιωκως hoc ẽ vltra cornices vixit Adagiũ ẽi ſenem viuacẽ Merula auctor. Eſt enim cornix auis admodũ viuax. l. itidẽ vt Ceruus: Vnde Satyricus quidã viuacẽ ſenectam ceruinã appellauit. Mar. Cornicibus oibus ſuperſtes. Hor. parẽ Cornicis vetulę temporibus Licen. Eſt enim &c.

¶ Non omnibus dormio. cccxcii.

Cicero epĩa. li. vii. Olim nõ oibus dormio ſi ego mi Galle nõ omni b⁹ ſeruio. Significat cice. vet⁹ illud fuiſſe: nõ oĩbus dormio: hoc ſuum & nouũ Nõ oĩbus ſeruio ꝓuerbiũ eẽ. Nõ oĩbus dormio Feſtus Põpeius docet Merula tranſlatũ putat a maritis: q vxores q̃ſtus cauſa mechis ꝓſtituũt. q ſõnũ ad ſimulãt: vt adultero cõcedãt. Iuuenalis. Doctus ſpectare lacunar: doct⁹ & ad calicẽ vigilanti ſtertere naſo

¶ Et nos ferule manũ ſubduximus cccxciii.

Apte ab his dicitur. q ſe quoq; p̃ceptorib⁹ vſos: & litteras. didiciſſe ſignificant. Iuuenalis & nos ergo manũ ferule ſubduximus Hiẽronymus ad Domnionẽ. Et nos didicim⁹ litteras & nos ſępe manũ ferulę ſubduximus. Quã ſentẽtiã ꝓuerbialẽ fuiſſe vt credã: tũ figura ipſa cõmoueor: tum q; Hieronymus ea tam ſubinde vtitur.

¶ Nullus comat⁹ q non idem Cynœdus. cccxciiii

Ουδεις κομητης οστις ου τερετι. hoc ẽ nullus comatus qui nõ idem Cynœdus celebre grẽcis fuiſſe prouerbium Syneſius auctor eſt in eos qui forme ſunt ſtudioſiores q̃ virum decet: quiq; muliebri cultu delectantur

¶ Nos noſtrum onus: vos clitellas. cccxcv.

Pro adagio refert Fabius inſtit. libro. v obſcurius quidẽ aliquãto. Ex vetuſto quopiã Apologo natum videtur Is qui quintilianũ emaculat ſcripſit eo ſignificari prouerbio neutrã partem abſq; onere abiturã

¶Ouum ouo ſimile:& cętera.Similitudinis adagia. cccxcvi.
Perfectam ſimilitudinē his fere modis ꝓuerbialiter ſignificam⁹.Non tam ouū ouo ſimile:quod eſt apd fabiū.Nō tam lac lacti ſimile.Non tam aqua aquę ſimilis:quę duo apud Plautum aliquoties inueniūtur Eiuſdem farinæ prouerbij loco vſus eſt Politianus. Et omnino eiuſdem/quod dici ſolet:farinæ,hoc eſt eiuſdem generis.

¶Contemptus prouerbia. cccxcvij.
Contēptū ac vilitatē hoc ferme pacto declarabimus Flocci nō facio Nauci non facio.vtrūq; apud Plautū eſt.Pili nō facio. Catullus Non faciūt pili cohortem Cice.ad fra.Ego eni ne pilo quidē mīn⁹ te amabo.Huius nō facio.i adelphis. Plau. Vitā tuā vicioſa nuce nō emam. Hęc vt prętereūda nō putauiſta admonuiſſe ſatis eē exiſtimo Plautus Homo trioboli pro nequiſſimo ac nullius precij dixit Perſius non t.eſſ't agaſo. Idem Et centum græcos curto centuſſe licetur.

¶Ire rum ad eundem lapidem offendere. cccxcviij.
Greçū eſt. Δισσωροστοραμτορωοσκρουειρ λιθορ. Apte trāſlatū ꝓ eo quod eſt Bis eadem in repeccare.Primus eni error vel greco adagio imprudētię cōdonari ſolet Iteratius veniā nō meretur Horati⁹ eādē ſētētiā aliter extulit metaphora a cātore fūpta Et citharedus ridetur:chorda qui ſemper oberrat eadē. Eſt igit ſepius eadē oberrare corda culpam eandem iterum atq; iterum admittere.

¶Penelopes telam retexere. cccxcix.
Apud Platonē legere memini:ꝓ eo quod eſt inanē operam ſumere. Fertur eni Penelope procos hac cōditione deluſiſſe:vt tum ſe nuptura ꝓmitteret:vbi telam quātū texebat abſoluiſſet:itaq; cū interdum texuiſſet:id noctu ſolita retexere.Poteſt itē nō abſurde in eūdē ſenſū accipi:vt iſs Penelopes telā dicat retexere:qui nouare ac mutare qpiā coeatur in opere optimo:in quo nihil nouari poteſt:niſi in deter⁹ Veluti ſi quis Rhetorices precepta a veteribus abſolutiſſime perſcripta ſuo quodam more ſcribere denuo tentet.

¶Vmbram ſuam metuere.τηρ αυτου σκιαρ δειματειρ. cccc
Dicitur is qui ſine cauſa metuit:& ibi pueriliter periculū timet vbi nihil eſt periculi.Apud Platonem ꝓuerbij loco refertur Cice. ad Fra de cōſulatu petēdo.Aliter vero:quo dij boni ſplēdore eſt: Primum nobilitate eadem qua Catilina:Nō maiore?Nō,Sed virtute. Quāobrē q

manium vmbram ſuam metuit: hunc negliges quidem. &c.

¶ Manum non vorterim. cccci.

Apud Apuleiũ eſt in Apologia magicæ pro eo quod eſt: nihil laboro nihil mea refert veluti ſi quis dicat: indocti laudẽt an vituperẽt manũ non vorterim. Plautus pro eodem ſenſu q deo q fero dixit.

¶ Pingui Minerua. ccccij.

Aulus Gellius noctium Atticarũ li. xiiij. capite. i. Sed coniectari inquit pauca quędam vt verbo ipſius vtar παραμωρεσερον. i. craſſi⁹ & pĩgui Minerua Idem libri ſecundi capite quinto Hoſti eni credo verbum illud & pinguatur αμαθ εσ ειτε και σαρεστβον. id eſt rudo/ctius rudiuſq quondam modo loquere & aperti⁹ ac clari⁹ fare. Hor. in ſer. Ruſticus anormis ſapiẽs craſſaq Minerua: philoſophum ſignifi/cãs ruſticius philoſophãtem & craſſius. legitur itẽ ſępicule apud venuſtos auctores pinguiore formula id eſt planius atq intelligibilius. vt faciunt ij qui Ariſtotelicam diſciplinam pueris ſuo modo ſuiſq verbis tradunt: vtiq craſſioribus.

¶ Emere malo q̃ rogare. ccccij.

Prouerbialem ſermonẽ fuiſſe cicero ipſe teſtis eſt: qui eo i verinis eſt vſus Eum Apuleius in floridis tanq̃ exponit his verbis. Neq eni leui mercede emit q precatur: aut paruũ preciũ accipit qui rogat: adeo vt oia vtẽſilia emere potius velis q̃ rogare. Porro morem fuiſſe antiquis a vicinis rogare ſupellectilem comodato quã ipſe domi nõ habe/res ex plauti cum Aulularia: tum rudentibus licet cognoſcere.

¶ Vino vendibili ſuſpenſa hedera nihil opus. ccccciij.

Emedio ſumptũ videtur & recẽtius Hor. eni tẽpeſtatis vinariis taber nis huiuſmodi ſignũ prætẽdit Apud Politianũ legit. Quã ſententiam. Plautus i penulo lepidiſſimis verbis extulit itẽ dibili merci oportet vltro emptorẽ adducere. Proba merx facile emptorem recipit: tam & ſi in abſtruſo ſita eſt. Senſus eſt verã virtutẽ nõ egere alienis præconiis Ea laudatores egere: quæ per ſe patum ſunt præclara.

¶ Amicitiæ perſonam oportet detrahi. ccccv.

Apud eũdem legit quo nihil dici potuit venuſti⁹ perſona nãq facié homis repſẽtat: at veram tegit: falſã ptẽdit. vñ facetiſſime Cęſarẽ Sene/ca: vt perſonã iquit q̃ faciẽ malit Emedio qdẽ & hoc ſũptũ videt: monetq iter amicos nihil eſſe oportere fictum nihil nõ verũ ac ſimplex.

¶ In se descendere Manticam in tergo videre. ccccvi.
Persius vt nemo i sese tētat descēdere nemo: Sed p̄cedēti spectat̄ mā tica tergo. Vtrūq; puerbialiter dixit Satyricꝰ poeta: & i sese descēdere .i. propria suaq; vitia ispicere: & māticā i præcedentis tergo spectare p eo qđ est aliena vicia videre. verū illud priꝰ vnde sūptū sit nō satis liquet: nisi forte a fodinis: hoc posterius ex Aesopi phrygis apologo quodam natū fuisse Politianus mōstrauit. In quo scribit singulos ho/mies binas habere māticas alterā ātepectꝰ: alterā a capulis tergoq; ppēdētem. Sed i priorē inqt aliena vicia mittimꝰ. i posteriorē nostra. Eā quę in pectore ē assidue videmus: eam quæ in tergo tametsi mul/to maiorem negligimus tamē: qa nūq̄ videmꝰ Catullꝰ Sed nō videi mus Māticę qđ in tergo ē Horatius Respicere ignoto discet pēdētia tergo. Hieronymus Sed illa est vera iter amicos reprę̄hēsio: si nostra opera nō vidētes aliorū iuxta Persiū māticā cōsideremꝰ Eūdē habet sēsū euāgelicū illud adagiū de trabe & festuca Hieronymus in quēdā alienis vicijs obtractantem: sua dissimulantem Qui per trabem inqt oculi sui: festucam alterius nitatur eruere.

¶ Aethiopem dealbare. ccccvij.
Grecum adagium αἰθίοπα λευκαίνειν. id ē Aethiopē dealbare p eo qđ est: rem fœdā oratiōe vel e speciosā efficere: qđ faciūt ij q ma terias infames declamitāt: aut ea laudāt q̄ vituperio sint dignissima. Aut hoc ipsum aut certe simillimū est illud & græcū Aethiopē lauas. Αἰθίοπα σμήχεις.

¶ Quibus inanem operam significamus. ccccviiij.
Lauare laterem πλίνθον πλύνειν. Arare harenā siue littꝰ Apđ idoneos auctores inueniunt: p eo qđ e: inanem operā sumere Vt item illud Comicum. Actum aiunt ne agas & Plautus rem actā agis. Nu/gas terre. tum apud Comicos persæpe tum apud alios nonnunq̄ p eo quod est nihil agere.

¶ Os sublinere Dare verba Addere manum. ccccix.
Sępicule apud Plautum pro decipere dolis: os nihil pbe sublatum ē Dare verba q decipere notissimū est. Illud insitatum quod est apud plautum in persa. Quid ais crux: stimulorum tritor quomodo me ho/die versauisti: vt me i trichas coniecisti: quomodo de persa manꝰ mi addita est & apud eūdem in penulo Ego faxo posthac dij deeq; cęte ri cōtētiores mage erūt: atq; auidi minus quā scribūt Veneri vt addu/

derit læno manum Etiam ſi hoc loco adierit ſcribitur non addiderit.

¶ Vt poſſumus: quando vt volumus nonn licet. cccclx.

ζωμεν ραθωσ ουθελομεν αλλωσ ζυν αμεθα. id eſt viuimus non vti volumus: ſed vti poſſumus Ita Terentiana Miſis in andria a Critone rogata: ecquam Athenis vitam agerēt: vere cum de ſenime retricium queſtum confitens vt poſſumus inquit: quando vt volumus non licet.

¶ In aſtu aliud ex alio malum venit. cccclxi.

In vrbibus bona ingenia ad nequitiam adducuntur: & malum quotidie ex malo propagatur.

¶ Sine capite fabula. cccclxij.

ακεφαλοσ μυθοσ. id eſt ſine capite fabula dicitur ſermo laſciuus & impudicus tanq̄ cui venter & nates inhoneſtæ partes adſint: caput vero minime. Plato. Relinquo inquit ſine capite fabulam.

¶ Alius ſementem fecit: alius meſſem. Αλλοι μεν σπειρουσι αλλοι δε αμησονται. cccclxiij.

Græcum eſt in eos: qui aliena poſſident. Qui ve ex alienis laboribus ſibi gloriam comparant.

¶ Aethiopem lauas. cccclxiiij.

αιθιοπα σαμι χειζ. id eſt æthiopem lauas Conuenit in eos quiin anem operam ſumant.

¶ Puluerem edis. cccclxv.

κονιορτιζειζ. id eſt puluerem edis. dicitur in edaces plurimiq̄ cibi homines nihilo tamen inde habitatiores.

¶ Vulpizas: ſed contra Vulpem. αλωπεκιζειζ προσ ετερα ραλωπεκα. cccclxvi.

Græcum adagium: qui dolis oppetunt doloſos. Quod hodieq̄ vulgo dicitur. Simia Vulpi conatur imponere quum vtrumq̄ animal ſit callidiſſimum.

¶ Ventos colis. cccclxvij.

ανεμουσ τεωρτειν. id eſt ventos colere. Eſt inutilem operam caperе.

¶ Carbonum Theſaurus. cccclxviij.

ανθρακεσ οθησαυροσ. id eſt carbonis theſaurus. Dicitur in eos qui magnum quiddam ſperantes fruſtrati ſunt. Lucianus carbonum mihi theſaurum oſtendiſti

¶ Ex tardo a ſello equus prognatus. ἀπὸ βραδὺ σκέλως ὁρῶν ἵππος ὠρύσεν. cccclxix.

In eũ cõpetit: qui ex obſcuro gñe natus: clar⁹ euaſit græcũ eſt adagiũ

¶ Inemptum mancipium: vel cum ſale emptum. cccclxx.

Si quando viliſſimum nulliuſq; rei vtrum ſignificare volumus Inemptum mancipium. Græce ἀνάλατον. Menander Traxes genero ſus cum ſale emptus.

¶ Calabri hoſpitis munera cccclxxi.

In eos dicitur: qui amicis donant: quæ ipſi contemnunt Calabri enim quõniam pyris abundant: hoſpitibus pyra affatim apponunt: ſatu roſoq; domum auferre iubent: quod ſi illi recuſent accipere porcis obijciuntur comedenda. Hor. in epiſtolis. Non q̃ more pyris veſci calaber iubet hoſpes. Tu me feciſti locupletem: veſcere ſodes. Iam ſatis eſt: attu q̃tum vis tolle benigne. Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis. Tam teneor domo q̃ ſi dimittor onuſtus Vt iubet: hæc hodie porcis comedenda relinques.

¶ Semper ad pocula Leontini. Ἀεὶ λεοντῖνοι πρὸς τοὺς κρατῆρας. cccclxxij.

Leontini aſſiduis compotationibus gaudebant. Quos vbi Phalaris bello viciſſet pocula eiecit Indę natum adagium Semper circa crateras Leontini Græcum eſt.

¶ Inaniter aquam conſumes. cccclxxiij.

Primus in patronos garrulos & ineptos dictum: quod ad clepſydras dicere ſolitos conſtat. Ab his in multiloquos vaniloquoſq; tranſlatũ eſt. Græci ſic efferunt. Ἀλλεως ἀραλισκεις ὕδωρ.

¶ Vtrem verberas. cccclxxiiij.

De ſtultis laborantibus Græci his quidem verbis dicebãt. ἀσκὸν ἀερεις ἀσκῶφαυρι ξεις.

¶ Tandem mus picem guſtauit. Ἀκτὶ μῦς ἡσ τευται. cccclxxv.

In eos dicebat q̃ expetiẽdi cupiditate in magnũ aliquod malũ incidiſſent. Mus enim ſi quando in picem incidit emergere non poteſt.

In mari aquam quæris cccclxxvi.

Ibi q̃ris perinde ac ſi difficile ſit inuẽtu vbi nihil aliud licet inuenire. Quid eni aliud in mari eſt q̃ aqua. In eos conuenit: qui in iis auctori

bꝰ vnũ aut alterũ vicíũ inquirũt:in quibus vitioſa ſũt omnia.

¶Ignorat quod inter ęs & lupinum. ccccxxvii.

Id eſt non habet diſcrimen inter optima & viliſſima.Nã pecunia nihil precioſius:lupino nihil vilius.Nec tamen ignorat:quid diſtent ęta lupinis.

¶Cantilenam eadem canis. ccccxxviij.

Hoc eſt iam millies dicta repetis Teren.in Phor.Cantilenam eãdẽ canis Aperuetuſtis ac ſępenumero auditis cantionibus trãſlatum ẽ.

Aliquid ſuo aſſuet capiti. ccccxxix.

Vbi cauendum a quopiam monemus:ne quid incommodi afferat Terenti.Hei Metuo lenonem:ne quid ſuo aſſuat capiti.

¶Sui ſimilis eſt: ccccxxx.

Et in bonum & in malum ſenſum dici accipiq; poteſt:vbi quis aliquid ſe dignum facit videlicet quum meretrix imprudenter loquitur.Senex peierat:fictus diſſimulat:detractor obloquitur:glorioſus oſtentat:liber amicus recte monet:eruditus erudite dicit:ſimplex ſimpliciter:modeſtus modeſte Contra ſi periurium aliquando quod iurauit præſtare contingit:ibi ſui diſſimilis dici poteſt.Teren. Q̃vterq; ſimilis ẽ ſui:De lenone dictum ac Phedria:altero blandiſſimo:altero auidiſſimo.

¶Defraudare Genium ccccxxxi

Eſt naturę neceſſarijs non nihil ſubtrahere.Apud eundem eſt comicum.

¶Naturam expellas furca tñ vſq; recurret ccccxxxij.

Horatianus eſt verſus in epiſtolis Non facile dediſcuntur:quæ natura nobis indidit.Teren.Rurſus ad ingenium redit.

¶Celũ non animum mutant qui trans mare currunt. ccccxxxiij

Id eſt fruſtra locum mutauit qui eundem animum retulit.

Vilis amicorum eſt annona bonis:vbi quid de eſt. ccccxxxiiii

Facile habentur amici:qui petant:qui dent perq̃ pauci.

¶Opta ephippia bos piger,optat arare caballus. ccccxxxv.

Mire dictum in eos.qui experta faſtidiunt:optant in experta.

¶Cura eſſe quod audis ccccxxxvi

Id eſt cura talis eſſe:qualem te homines per affẽtationem predicãt

Hor. ad Quintum Tu recte viuis si curas esse quod audis. Lactan. iampridem omnis te Roma beatum Sed vereor: ne cui de te plus q̃ tibi credas.

¶Cautus enim metuit foueã lup⁹: accipiterq; Suspectos laqueos: adopertum miluius hamum. ccccxxxvii.

Tres metaphoræ venustissime: mire in eos conuenientes: qui mali metu a maleficio se continent: alioquim peccandi percupidi.

¶Cæcus cæco dux. τυφλοστυφλου ηγεμων. ccccxxxviii.

Euangelicum adagium in eos: qui indoctum docere conantur: indocti ipsi. Simile est Horatianum Cæcus iter nostre. Ita enim ad Scænã scribit vt si Cæcus iter monstrare velit: tamen aspice. Quod perinde dictum ac si sus mineruam dicas: porphyrion mouet.

¶Odit cane peius & angue. ccccxxxix.

Hor. Alter Myleti textam cane peius & angue vitabit chlamydem.

¶Sed tacitus pascici posset coruus: haberet Plus dapis: & rixe multo minus inuidiæq;. ccccxl.

Ex apologo quopiam de coruo & vulpe sumptum nonnulli hoc prouerbium putant: etiam si non probat Porphirion Est autem eiusmodi sententia vt si quod munus a diuitibus accipiamus: eo taciti sine strepitu fruamur: hoc modo & sæpius accepturi: & citra inuidiam possessuri.

¶Sine cortice nabis. ccccxli.

Prouerbialiter ab Horatio positum Actum positum Actum adnonet Transũptũq; ab iis qui quum natare primum discunt: corticibus ventri subligatis natant: deinde exercitatiores sine eiusmodi adminiculo natare incipiũt Plautus in Aul. Quare pueros qui natare discũt scyrpo induitur ratis qui laborant minus facilius vt nent. & moueant manus. Hor. Simul ac durauerit ætas. Membra animumq; tuum nabis sine cortice. id est citra custodem & pædagogum ipse te reges ac moderaberis.

¶Aegrotus dum spirat sperat. ccccxlii.

Cicero Ad Atticum. Vt egroto dum aia est: spes esse dicitur. Sic ergo quo ad Põpeĩ⁹ i Italia fuit: sperare nõ dedisti. Ex ipsa re sũptũ adagiũ in eos dici potest: q in rebus afflictissimis spẽ tñ haud vnq; abiiciunt.

¶Patere & abstine. ccccxliii.

Epictetus philosophus vniuersam viuendi rationẽ duob⁹ verbis cõ-

plexus eſt. Απεχουκαι απεχου. id eſt patere & abſtine' quorum altero monemur vt mala patienter toleremus: altero vt voluptatib⁹ interdictis temperemus Eiuſdem eſt in philoſophorum vulgus dictũ απευτοπρατταιμεχριτουλεγειν. id ſignificat factis procul verbis tenus idem in blandos ſedfictos amicos dici poteſt.

¶ Aedipus in noſtris que parua aut recta gerantur. cccexliiij.

Hunc Homericum verſum Socrati prouerbij vice in ore ſemper fuiſ/ ſe A. Gellius ſcribit. οττι τοι ερμεν αροισι κακωυ αν αθωρτε τετυκται. ædibus in noſtris quæ parua aut recta gerãtur. Quo ver/ ſu monemur: vt ea modo quę ad nos pertinẽt: curemus: externa alie/ naq; ne inquiramus.

¶ Conturnix Herculem ſeruauit. ορτυξ εσωσε ηρακη. cccexlv

Dici ſolitum: vbi qui præter ſpem ſeruatus eſſet.

¶ Ita tardiſſime omnium ſeneſcit. cccexlvi.

Græcum adagium οθυμωσε σχατος γηρασκει.

¶ Ne in cœna quidem laudaberis. ουκ επαιρεθ ειησ ουλεπτε ριλειρω. cccexlvij.

In hominem vehementer inuiſum. In cœnis enim funeralibus defun ctí laudabantur: etiam ſi parum merẽtiſſent viui. Præterea Græcis in vſu fuiſſe videtur: vt in ſympoſijs ſe laudarent: quemadmodum Alci/ biades Socratem apud Platonem.

¶ Aſinus in apibus. οποσε μελιτταις. cccexlviij.

De his quæ parum feliciter cadunt.

¶ Omnem mouebo petram. cccexlix.

Omnem mouebo lapidem Vtrunq; enim apud Græcos inueni. παντα κινησω πετρον. id eſt omnia experiar: nihilq; intentatũ relinquam donec quod volo effecero.

¶ Ante victoriam laudes canis. cccl.

προ θυ νικησ ταεγκωμια. Qui rem nondum peractam laudãt

¶ Fruſtra canis. προσκεροραλλοις. cccli.

De fruſtra ſuadentibus. Acantoribus tranſlatum: qui canentes non audiuntur.

Imperatorum multitudo Cariam perdidit. πολλοισ τραπη.

¶ Παπωλεσαν οι την καριαν. ccclii.

Grecum adagium: quo ſignificatum eſt male rem geri ab iis qui inter ſe diſſentiunt: neq; quicq̃ alteri concedit.

¶ Sine riuali diligere. ccccliii.

Id amare: quod nemo alius appetat. Veluti Simia catulos ſuos miratur & amplectitur: ſed ſola Apud Auſonium legitur.

Pedibus in ſententiam diſcedere. ccccliiii.

A curie conſuetudine ductum idem eſt quod alterius ſententiam approbare conſentiendo.

Mus malus. μυς κακος. ccccly

Grecum dictum in laſciuum & ſalacem hominem. Murem enim ſalaciſſimum eſſe Arelianus multorum teſtimoniis authorum docet. Vnde amatoria blandimento amatores quemadmodum paſſerculi: columbule Ita & mures vocantur Mar. Nam quum ne murem: quã mea lumina dicas:

¶ Nunquid & Saul inter prophetas. ccccly i.

In Malachon libris notiſſimam hiſtoriam de Saule dum paternas aſinas querit repente prophetico furore arrepto: ita vt inter reliquos prophetas nudus ſaltaret & vaticinarentur: in prouerbiũ hebrei verterunt Commode eo vtemur: de repente mutatis. ſiue in eos qui ſui diſſimilibus conuiũnt: veluti ſimiles inter monachos aut poeta inter theologos neotericos verſaretur.

¶ Facies tua computat annos. ccccly ii.

Apud Iuuenalem in anum libidine iuuenculam. Dicit poteſt in eos q̃ iuuenes videri cupiunt: frontis rugis reclamantibus Quod ideo aſcribendum putauit: quia prouerbii ſpeciem quandam preſe ferebat.

¶ Mare cœlo confundere. ccccly iii

Eſt omnia permiſcere ſine ordine. Quod Greci dicunt. ανω κατω. id eſt ſurſum deorſum: quod nonnulli latinorum ſeq; deq; dixerunt: nihil referre quid fiat ſignificantes.

¶ Ignorat quid interſit caput & inguem ccccly ix.

Aut eſt prouerbium: aut prouerbii certe ſimillimum: quod de mulierе ebria ſcripſit Iuuenalis: Inguis & capitis quæſint diſcrimina neſcit.

¶Qui ſemel ſcurra nunq̃ pater familias cccclx.

Porphirion in Horatium prouerbium fuiſſe admonet. vtitur eo & Cicero in actione quadam dicens recte vulgo dici: ex ſcurra diuitem quidem fieri poſſe: at patrem familias non poſſe

¶Intus & in cute. cccclxi

Prouerbialis ſermo idem ſignificamus quod penitus Perſius Ad populum phaleras: ego te intus & in cute noui.

Iouem lapidem iurare. cccclxii.

Eſt quantumuis ſãcte peierare: a feriendi fœderis ritu ſumptũ quod a patre patrato lapidẽ manu tenẽte conceptis verbis ꝓnunciabatur

¶Circulum abſoluere. cccclxiii.

Eſt omnibus numeris ac patribus quippiam perficere A cyclo ſillo & orbe diſciplinarum deductum videri poteſt.

¶Cimerię tenebrę. cccclxiiii.

Cimeriorum regio i Scythia a Coſmographis collocatur eternis tenebris damnata: cui ſolem nunq̃ oriri ſcripſit Homerus: in qua non ineruditus pœta Ouidius ſomno deo facetiſſimis verſibus regiam edificauit Huius regionis obſcuritas in prouerbium abiit. quo Lactantius vſus aptiſſime eſt in diuinarum inſti. li. iiii O cecũ pectus o mentẽ Cimeriis: vt aiunt: tenebris atriorem Quem veluti emulatus Hierõimus Rogo inquit que tanta eſt cecitas & Cimeriis ſicuti aiunt tenebris inuoluta

¶Muti magiſtri cccclxv.

Mutos magiſtros libros prouerbialiter olim nominabant. Docere enim poſſunt: loqui non poſſunt Et qui legendis modo eloquentium ſcriptis eloquentiam ſunt conſequuti: ij gloriari poſſunt ſe a mutis ꝑceptoribus dicẽdi artẽ didiciſſe. Aulus Gellius li xiiii. ca. ij. Quoniam vocis vt dicitur viue pœnuria erat: ex mutis quod aiũt magiſtris cognoſcerem: nimirum libros innuens

¶Non omnia pari filo conuenit cccclxvi

Pro prouerbio Picus Mirandulanus protulit. E medio fortaſſe ſumptum Quo ſignificamus non omnes dicere omnia. Neq̃ omnia omnes poſſe vt ſcripſit Buccolicus pœta: ſed minime buccolice.

¶Intra tuam pelliculam te contine cccclxvii.

Porphirion inde ſumptum prouerbiũ putauit: q̃ doctores in pellib⁹

dormirent. Poteſt & ab apologo notiſſimo tractum videri quo aſin⁹ leõis ſibi pellẽ adoptauit: que res illi magno fuit malo. Hor. Et meſto quoniã in propria nõ pelle qui eſſem Quo verbo monemur: vt ꝑ ſua quiſq; cõditione nos geram⁹. Martialis in ſutorem quendã qui prius in ſummas diuitias fortunę fauore ſubuectus: vt vẽti erãt: ita velũ in altũ ſuſtulit: deinde ad priſtinã rurſus inopiam largitionibus ſuis redactus: vt nihil iam nificerdo eſſet. Nũc inquit in pellicula Cerdo tenere tua Plaut⁹ militẽ iactabũdũ & oſtentatorẽ magnificũ elephãtino corio circũtectũ ſcribit non ſuo: ſiue ꝙ ſtolidum ſignificaret: ſiue ꝙ malora q̃ pro facultate loquentem.

¶ Sicule gerrę. Perſę nugę. Lyrę lyrę. ccccl xviii.

